TRACTATVS
DE MORBIS
VENTRICVLI,

A

IOH. VARANDÆO In Monſpelienſi Vniuerſitate MEDICO PROFESSORE, ET CONSILIARIO REGIO PRIMARIO, nunc primum in lucem editus.

Opera CLAVDII DVBOST Medico Seguſienſi.



LVGDVNI,

Sumptibus Bartholomæi Vincentij.

M. DC. XX.

Cum Priuilegiis.

Digitized by Google

Digitized by Google

BARTHOLOMÆVS VINCENTIVS BIBLIOPOLA ET CIVIS LVGDVNENSIS.

LECTORI BENEVOLO.

POST quam mihi tradidiſſet Vir eruditiſſimus atque Doctor ornatiſſimus Dominus D. Claudius Duboſt Seguſienſis medicus Lugdunenſis, hunc librum de ventriculi Cura, quem ex vrbe Monſpelienſi recuperauit, diu hæſitaui an illum in lucem ederem nec ne. Verùm excitatus ab amicis, qui oculos ſuos in ſcriptũ iniecerãt, mihi perſuaſerunt, ſi fieri poſſet, vt id quam primum præſtarem, ad multorum commodum & vtilitatem, ſecundùm illud Homeri. *Vir Medicus multis aliis æquabitur vnus.* In qua re egi more alicuius hoſpitis, qui ſuis

Digitized by Google

hoſpitibus in conuiuiis de cibo dare ſolet, quem eis magis arridere nouit: ſic enim in librorum diſtributione me geſſi habens rationem eorum qui ad librorum epulum, vel potius ad ipſorum ſcientiam à me inuitantur hoc modo. Inter quorum librorum meorum Numerum ingentem nonnulli ſunt etiam huius noſtri Doctoris Varandæi, ex quibus hoc fruſtum, vt ita dicam, tibi offerre volui, vt dum intelligis hunc Authorem, poſtremum abſoluiſſe & clauſiſſe. Vitæ ac Vocationis Curſum, ſaltem hanc ab ipſo hæriditatem mecum conſequaris, quæ fortunæ bona longé ſuperat, ſicut & ipſa Diuitiarum definitio ſatis annuit. Hic etenim mira dexteritate tres affectionen contra naturam inprimis delineat, vt eas diligenter conſideremus. Prima eſt, quæ morbum præcedit, cuius tamen ſignum futuri apparet, niſi impediatur. Secunda, eſt ipſius præſentis morbi conſtitutio. Vltima, ſunt ipſius effecta quæ ſymptomata aut illius accidentia vocare ſolent experti Medici, à quibus maximé maturé cauendum eſſe docet, ne alioquin ita Corlæſum deficiat, ex

quo

quo innati caloris totiuſque corporis exolutio fiat. Sed cùm vino vendibili non ſit opus hedera, quòd ille (præſertim in hac parte, & in altera de morbis mulierum, à me etiam in lucem edita) multos alios medicos excelluerit, hoc tantùm addam, Amice Lector.

Anagramma ſuperioris nominis & cognominis.

BEATVS HOLOR VINCENS VITAM.

Il y a conſentement du Procureur *du Roy, & Priuilege du Seneſchal de Lyon, outre ce* Priuilege *du Roy.*

Extraict du Priuilege *du Roy.*

PAR priuilege & mandement de ſa Maieſté par toute l'eſtenduë de ſon Royaume, il eſt permis à Barthelemy Vincent, marchãd libraire à Lyon, d'imprimer vendre & debiter le preſent liure de *Varandæus de morbis ventriculi* durant l'eſpace de neuf ans, auec defences à toutes perſonnes de quelque condition qu'ils puiſſent eſtre d'en eſtre ſaiſi d'vn ou pluſieurs exemplaires, autres que de ceux dudict Vincent, à peyne de confiſcation des exemplaires & autres peynes portees par iceluy ſigné & deuement ſeellé du grand ſeel de cire iaulne.

Digitized by Google

D. IOANNI VARANDÆO,
PRÆCEPTORI OLIM SVO OBSERVANDISSIMO.

SI (quæ fortè alias, tua priſca modeſtia nobis
Suppreſsit) luci tradere ſcripta paro:
Ignoſcas, venia digna eſt audacia tantum
Namque latere diu fama negabat opus.

CLAVDIVS DV BOST,
Doct. Med. Lugd.

Digitized by Google

INDEX
HVIVS OPERIS.

CAPVT I.

DE Cardiagmo, Cardialgia ſeu cardiaca paſſione & ventriculi pariodynia. pag. 1.
De cardialgias vitioſis humoribus Therapia. 12.
Cardialgias à ventriculi Phlegmone Curatio 25
Cardialgias ab exulceratione Therapia. 32

CAPVT II.

De ſymptomatis Appetentiæ Anorexia & Apoſitia. 38
Anorexias Therapia à ſtomachi calida intemperie. 49
Eiuſdem à ſtomachi frigida intemperie Therapia. 54

CAPVT III.

De Boulimia & Chynorexia. 60
Therapia ſeu Curatio Boulimiæ. 67
Therapia ſeu Curatio caninæ appetentiæ. 71

CAPVT IV.

De Pica ſeu Malacia. 74

Digitized by Google

DE AFFECTIBVS ET MORBIS VENTRICVLI

Therapeutica Tra-
ctatio.

De Cardiagmo, cardialgia ſeu cardiaca paſsione & ventriculi pariodynia.

Capvt Primvm.

RVFVS author antiquiſſimus vult ventriculi os procardiam appellari quaſi dicas antecordium & cardiam doloreſque ibi orientes cardialgias & cardiagmos dici quod Galen.ipſe innumeris penè locis,ſed potiſſimùm.2. de decret. Hippocr. & Plat. collectis etiam ex Homero Thucidide exemplis confirmauit.Idem voluit Aurelian. Aetius & Aret. qui morbum hunc eruditis viris familiarem annotauit ob immenſas lucubrationes & vigilias,exquiſitioremque ſenſum quo prædíti ſunt: *Marcell. Empyricus* cordis dolorem & corcum latinè vocari ſcripſit.Quod ad Hippocr.ſpectat, eadem ratione affe-

Digitized by Google

ctum hunc variis donauit nominibus, vt in prognoſticis καρδίης πόνον & Cardiagmum in epid. cardiagſin dixit de muliere quadam, quæ ex dolore oris ventriculi in febre cruciabatur & paſſim cardialgicos vocat eos qui huic affectui ſunt obnoxij. Mirus eſt apud illum contextus lib. 4. de morbis, vbi enim inquit copioſior eſt bilis dolet hepar quod & vulgò cardiam appellant. & paulo poſt in folliculo fellis locus eſt maximè familiaris bili ſecundùm naturam, & ob id in illo gignitur morbus, quem vulgò cordiagmon appellant ex quibus verbis diceres Hipp. nominis iſtius rationem alio trãsferre, & affectum hunc hepati aut veſiculæ felleæ, potiùs quam ventriculo aſcribere: verum ſi mentem Hippoc. lubeat paulo attentiùs explorare, videbis illum eo loco potiùs deſignare partem quę cauſam morbi continet, quàm propriam affectus iſtius ſedem, vt ex ſequentibus verbis luculenter apparet: collecta enim, addit veteri bile in hoc folliculo, tranſit ob multitudinem in ventriculum, & dolores illi ac tormina infert. Vnde colligere licet iſta omnia nomina deſignare dolores, qui ventriculi orificio accidunt minoris tantùm maioriſque ratione diſtincti, vtpote quiuis dolor ſenſum illius afficiens generaliter cardialgia dicatur qui verò paulò atrocior cum punctura, morſu & anxietate kardiagmos qui vero comitem habeat lipothymiam, & ſyncopē Cardiacum pathos practicis noſtris Cardiaca paſſio appellatur.

Quod ad eſſentiam igitur ſeu naturam iſtius affectus, dicimus eſſe ſymptoma deprauati in orificio ventriculi ſenſus tactus ab eis, quæ intemperiem ſubi

ſubitam aut ſolutionem continui inferre valent, cum imbecillitate,morſu , iactatione & aliquando ſyncope vel lipothymia,eſt enim ſymptoma actionis deprauatæ,quæ ſequitur morbum immediatè vt diximus,& quia corrumpit ſiue deſtruit tandem ſẽſorium ipſum tactumque quod in iuſta temperie,& partium vnitate fundatum eſt,varia autem ſunt obiecta dolorifica à quibus iſte ſenſus deprauatus in ſtomacho producitur. Vigiliæ quidem , ieiunium, mœror,ira & ſimiles cauſæ externæ , aliquando in valde diſpoſitis cardialgiam excitare poſſunt , vt etiam frigidioris aëris inſpiratus qualem experiuntur qui per alpinas niues iter faciunt , potus aquæ gelidæ nimium aſtringendo os ventriculi,vel etiam æſtus ingens affatim diſſoluendo & exſiccãdo partes: verùm nos inquirimus hic non leues illas,& fugaces diſpoſitiones quæ nihil habent facti , remotiſque cauſis ſuis procatarcticis ſtatim euaneſcunt, ſed eas quæ iam firmiores ſunt,& propter cauſarum vehementias aut diuturniorem actionem, habitum quendam ad morbi generationem contraxerunt.

Dicamus igitur externa omnia quæ propria ſũa vi ventriculi membranas diſſecare,diuellere , exaſperare aut exulcerare poſſunt,vel humorum corruptelam ibi facere aut aliunde excrementa deducere eſſe aptiſſima ad hunc affectum generandum qualia ſunt ſuperius commemorata,ſi diutius vires ſuas in partem iſtam exerceant aut internas cauſas commoueant. Item aër venenatus & peſtilẽs,gladiorum ictus & vulnera eò penetrantia, deuorata ſpina aut oſſiculum,puluis ex vitro aut adamante confectus, aſſumpta ſeptica aut cauſtica vt arſenicum ſubli-

matum,cantharid euphorb.& cætera venena medicamentáque deleteria aut malè electa aut præparata.Item cibi putres & corrupti,vt ex fungis tuberibus,vitiato tritico & ſimilibus quæ aduerſantur naturæ noſtræ qualitatibus ſuis manifeſtis vel occultis.

Interna eodem modo id præſtant, quæcunque rodendo vellicandóque membrum iſtud exquiſitiſſimum percellunt,vt lumbrici ſuperiora inuadentes & ſtomachum lancinantes,vnde Hipp. in coacis à cardialgia cum ventris torminib. prorumpunt ſurſum feræ,i lumbrici per os reiiciuntur.Item diſtendendo diuellendóque,vt flatuum copia in ſpatio illo, aut vitia ventriculi aut intra tunicas collectæ: mordicando & exulcerando, vt tetri, virulenti & maligni vapores aut ſucci, quorum generationem in nobis ab vſtione & putrilagine admittit. Galen. lib.5.de locis affectis, ſic atra bilis,pituita putris aut ſalſa,corrupti ichores, ſanguis ex retentis mēſtruis, aut hæmolroidibus,bilis eruginoſa,pus fœtidum ex diſrupta hepatis,aut thoracis vomica in ventriculi cauitaten effuſum.Denique quiuis humor calidior acrior ibi collectus,aut aliunde effuſus,vt ſalſus vel acidus,catharrus,bilis ex hepate feruidiore aut veſicula fellea regurgitans hunc affectum cardialgicum inducere poſſunt,qui humores aliquando vagi ſunt & diſperſi,aliquando fixi & exulcerantes, aliquando in tumorem præter naturam collecti,vt in phlegmonoſis, aut eryſipelatoſis conſtitutionibus quæ ventriculi ſubſtantiam corrumpentes magnos inferunt cruciatus,inflammando & diuellendo,

Itáque quatuor potiſſimùm agnoſcemus cauſas

quaſi

quaſi continentes iſtius cardialgias,nempe lumbricos,flatus,exulcerationes & humorum vitia,ſiue ſũt vagi ſeu collecti in tumorem præter naturam quorum omnium rurſus ſuæ ſunt cauſæ variæ & multiplices ex ſenſu rerum naturalium, non naturalium & præter naturam repetendæ.

Signa ergo diagnoſtica ſedis affectu affectus & cauſarum breuiter enumeremus, partem autem in hoc affectu præcipuè eſſe dicebamus ventriculi orificium,quod indicabunt ſitus doloris ſub cartilagine mucronata poſitus,quamuis eum velint anatomici ſuperius ventriculi orificium magis in ſiniſtram partem propendere,& duodecimæ dorſi vertebræ propinquius eſſe,quàm thoraci,attamen propter neruos illos ſupra dictos, & ipſius œſophagi continuitatem, ad ſuperiora vergentis ipſiúſque diaphragmatis ſupra xyphoidem poſiti viciniam,fit vt doloris iſtius perceptio potiùs ibi contingat, quàm in ſiniſtro latere,adde quòd materia efficiens cardialgiam vt plurimùm à fundo ſuperiore, quod huic cartilagini ſubſtractum eſt,commouetur priuſquam in orificium irrumpat: doloris proprietas, idem oſtendit qui pungens & vellicans exiſtit,qualis contingere ſolet corporibus neruoſis & membranoſis,excreta idem declarabunt,& excernendi modus,ſi v.g.poſt ſenſum punctionis aut roſionis in hac parte excitetur vomitio putris cuiuſdam aut virulentæ materiæ, vel lumbricus aliquis ſurſum ad os vſque erumpat,ſi flatus aut ructus quidam excludatur qui dolorem iſtum mitiget, aut certè iſta per anum excernantur priùs inuadente cardiagmo. Propria autem ſunt quædam accidentia quibus af-

fectam eſſe hanc partem deprehendimus vt angor ſeu anxietas cum ſenſibili morſu , atque etiam aliquando tremore & palpitatione ventriculi,iactatio frequens inter decumbendum ſiue etiam extra lectum dum non poſſunt reperire aliquam corporis figuram indolẽtem,& non poſſunt in aliqua diutius permanere , ſine moleſtia , qua iactatione diutiùs perſeuerante exoritur ſudor quidam vi doloris expreſſus tandémque ſyncope & lypothimia rapto in conſenſum corde cuius ſumma eſt cum ventriculo ſympathia non ob viciniam & vaſorum communicationem, generis vel operis ſocietatem vt quidam dixerunt,ſed propter materiæ ſpirituoſæ quãdam priuationem quæ per iſtos cruciatus maximè diſſipatur cum ipſo calore influente , in aliis verò qui cor habent validius per iſtas cardialgias cerebrum magis compatitur ob inſignem vaſorum cõmunicationem & rectitudinem vaporum qui inde eleuantur vnde cariuarias, cephalalgicos & hemicranicos ſimul dolores ſimul patiuntur vel aliquãdo vertigines & epilepſias vt ſæpe obſeruauimus. Verùm quemadmodum huic parti reliquæ compatiuntur,ſic etiam illius Idiopathiæ à ſimplici ſympathia ſecernere oportet,nam ſæpe fieri poteſt vt inflammatum iecur,muſculi epigaſtrij,colon inteſtinum,lien ſaburra humoris melancholici refertus & ſimiles meſenterij partes rapiant orificium ventriculi in conſenſum per ſimplicem condolentiam & ſine communicatione materiæ,quod erit diligenter explorandum ne fruſtrà laboremus circa ventriculi curationem quando tota ab alio affectu primario pendet,id autem innoteſcit ex ſignis aliarum

par

partium patientium quæ cardiogmon præceſſerunt & cum quibus augetur vel minuitur, prout primarij iſti effectus intenduntur aut remittunutr, atque ex his pars affecta deprehenditur, quis vero ſit in illa affectus & quæ cauſæ illum excitarunt oportet explorare. Nos enim prius 4. proximas & continentes agnoſcebamus, lumbricos, flatus, exulcerationes & humorum vitia ſiue ſint diſperſi ſiue in tumorem præter naturam collecti.

Quod ad lumbricorum ſigna & cauſas attinet, illa ex proprio ſuo loco & tractione erunt repetenda addidit tamen Hyppocr. tecmerium huius affectus vt prius Coacum loco nempe ſtrophos ventris tormina & motus quos ſtatim cõſequitur Cardiagmus illiſque ceſſantibus ſedatur aut lumbricis prorumpentibus ſurſum vel deorſum deuoluitur.

Eadem ratione ſigna diſtendentis vel diuellentis flatus erunt repetenda ex deſtinato huic rei capite, vel colicæ tractatu, magna tamen erit coniectura cardialgiam à flatu excitari, quando ægri non tam humoris alicuius vacuatione quam ructu frequenti leuantur, quem rugitus inſignes & borborigmi præceſſerunt.

Exulceratio etiam agnoſcitur inducta à rebus externis vt cauſticis & ſimilibus deleteriis aſſumptis per propriam ægri aut aſtantium relationem. Item ex ſubita & vehementi eorum actione quę inſignem eroſionem breui & nulla alia diſpoſitione præcedente morboſa inducere valent, tum etiam ex propriis cuiuſque rei venenatæ ſignis quæ apud Dioſc. & alios habentur.

Si autem ab interna cauſa, vt acribus & erodenti-

Digitized by Google

bus ſuccis pendeat iſta elcoſis, tardiùs multò producitur ſub cuius generatione ſentitur perpetuus & quaſi formicans morſus, qui ſenſim augetur & vires acquirit eundo, excernunt, ſæpe per vomitum huius materiæ erodentis particulam cum maximo leuamine, tandem progreſſu temporis aucta diabroſi excludunt etiam pelliculas & fruſtula ex ſubſtantia ipſius ventriculy deraſa, nec non aliquando guttas ſanguinis nigricantis penetratis venalis illis quæ internæ ventriculi tunicæ ex vena porta communicantur, quoties autem aliquid acre, acidum vel ſalſum ſumpſerint, exaſperatur valde dolor ob irritatas ſcilicet & deterſas ipſius vlceris oras.

Signa denique quibus humores peccantes ſiue vlcera aut tumores præter naturam dignoſcantur, deſumi debent à cauſis illos generantibus, vel effectis qui eos conſequuntur, temperamentum v.g. bilioſum hepatis aut viſcerum cacopragia, ætas puerilis ob voracitatem, iuuenilis ob feruorem nimium, illorum generationem maximè fouet. Quod ſi ęger in regione calida humidáque degat aëre feruente aut auſtrino; vel vrgente peſtilenti & contagioſa labe. Iterum alimentis calidioribus aut putredini obnoxiis fuerit vſus copioſiſque & intempeſtiuis, vel etiam ieiunio, laboribus immenſis, vigiliis, curis aut ira ſe excruciauit, conſueta quædam vacuatio vt vomitus bilioſus menſtruorum aut hæmorroidum iamdudum ſuppreſſa ſit. ſolita purgatio per medicamenta cathartica neglecta fuerit, hæc omnia ſuperioribus maximam fidem facient, quemadmodum ſi quædam res præter naturam anteceſſerunt, aut iſtum

Digitized by Google

iſtum affectum comitentur, vt ſalſioris catharri ad inferiora prolapſus, abſceſſus aliquis in thorace aut iecinore rupto, ex quo effuſum ſit pus in ventrem, nec ſatis comodè repurgatum, febrium malècuratarum diuturnitas, hepatis, meſenterij, renum aut aliarum partium inflammationes vel magnæ obſtructiones, quæ retentos humores corruperunt: hæc omnia oſtendunt generationem cauſarum iſtarum humoralium, quæ in ventriculum effuſæ aut ibi productæ vellicationem aut moleſtiam huiuſmodi inferunt quibuſdam magis ante cibum, quia ieiunij tempore humores exagitantur & in ventriculum attrahuntur aut magis intenduntur & deteri ores fiunt, quibuſdam veró ſtatim poſt aſſumpta alimenta, quia humores qui ſtabulantur quieti in ventriculi fundo permixtione illorum commouentur & ſurſum attolluntur, quibuſdam verò per 4. aut 5. horas poſt paſtum circa finem ſcilicet coctionis vitioſæ quæ alimenta corrumpit potiùs quàm perficit, quibuſdā denique dolor iſte magis exacerbatur, quod eſt valde mirū, poſtquā ſomno indulſerint, vel quia ſomnus omné vacuationem retinet, & ſic eo pacto natura cómouetur ad res moleſtas exernēdas vel quia humor catharroſus ex cerebro in vētriculum tunc temporis delabitur, ibique collectus cardialgiam circa vigiliæ tempus, excitat vbi verò feruentior billioſúſque ſanguis in propria ſpatia & poros partis ipſius membranoſæ effuſus fuerit ibíque in phlegmonoſum & eriſipelatoſum tumorem collectus, tunc ingens in ventriculo, quâ thoraci & diaphragmati obtenditur, æſtus ſentitur, febris aſſidua furit, quam veteres lypiriam appella-

Digitized by Google

runt,quod extremis algentibus & quaſi relictis interiora vrantur,inquietudo & iactatio ingens, vitæ deſperatio,crebra ſyncope & ſudor frigidus & glutinoſus,quem Diaphoreticum vocant, palpitatio ingens cordis,pulſus denſi & obſcuri ob ſuffocationem caloris innati & totius corporis, odor quidam malus ob tetros vapores qui ex parte affecta eleuantur.

Diſtingues igitur veram phlegmonem ventriculi à ſimplici inflammatione, & aliis affectibus, duplici potiſſimùm nomine.Primò quia in phlegmone & tumore præter naturam adeſt partis iſtius quædam eleuatio meteoriſmus & tenſio ad tactum perceptibilis cùm admotam manum vix ſuſtinere queat,ſecundò quod in huiuſmodi tumore præter naturam vomitio & alui excretio fere ſuppreſſa eſt quæ ſparſis & diffluentibns per ventriculi loca humoribus familiaris exiſtit: quod ſi aliquando febri continuæ aut intermittenti iam inchoatæ cardiogmos ſuperueniat abſque vlla prædictæ partis eleuatione aut tenſione dolorifica,tunc cenſenda eſt illa cardialgia pendere à ſimplici influxu vaporum aut humorum acrium, velut ſymptoma illius febris quam febrem ipſam eſſe ſymptomaticam, vt contingit in vera phlegmone, atque hæc de diagnoſi.

Iam igitur à cognitione peculiari partis affectæ cauſarúmque & affectus,prognoſim inſtituere licet, partis enim iſtius ad vitam neceſſitas & ſummus cum membris principalibus conſenſus,corde ſc. hepate & cerebro,exquiſitiſſimus illius ſenſus,ſubſtantia membranoſa & cætera naturalia vi diſpoſitionis morbi

morbificæ immutata,nihil niſi ſiniſtrum portendere poſſunt & naturalis œconomiæ manifeſtam ruinam,affectus igitur ſpecie & cauſarum magnitudo certius oſtendent quid in illo ſperandum ſit, nam cardialgia à lumbricis & flatu, vt ſoluta facilior & minus periculoſa,quia cauſam minus rebellem ei parti minimè affixam habet, attamen plerique infirmiore & debiliore ſtomacho prędití ex lumbricorum inſultu & punctionibus repente extincti ſunt,in pueris quotidiè obſeruamus,grauiſſima & validiſſima ſymptomata quoties partes iſtæ ſuperiores à verminibus impetuntur,ſic etiam vbi intemperies illa flatum generans eſt rebellis confirmata & quaſi hectica caret etiam periculo ,quia ex aphor.xj.ſect.4. ſolet deſinere in hydropem lethalem tympanitem dictam , tum per metaſthaſim deriuata ſcil.illa materia flatuoſa in abdominis cauitatem,tum per epigeneſim perauctа iſta intemperie & inteſtinis cammunicara.

Cardialgia verò ab humoribus cálidioribus putribus & mordacibus,tum nondum verò exulcerantibus eſt quidem valdè moleſta,& ſæpius recurrens ſecundum verum materiæ orgaſmum non tamen æquè periculoſa,atque genito vlcere tunc enim deſperata quaſi videtur ſanatio ob continuam afflictionem qua miſerè diuexantur ægrotantes , tum quod in parte ſpermatica & membranoſa vix reparabilis eſt ſubſtantiæ deperditio ſecundùm primam intentionem,vt docet Galen. longius tamen in his producitur vita quam in illis qui cardialgia detinentur ab inſigni conſtitutione phlegmonoſa ventriculi, quoniam omnium internorum ſyſtrophicæ

Digitized by Google

inflammationes ob malignam putrilaginem, & febris vehementiam intra 7. diem frequentiſſimè, aut certè 14. enecare ſolent, melius tamen id coniicies ex comparatione virium ægri cum morbo: ſi enim magna iam appareat naturalis œconomiæ deprauatio facultatum vitalium & animalium prolapſus mortem pro foribus adeſſe veriſimile, quando potiſſimùm in vrinis, fœcibus aut vomitione inſignis cruditatis vel malignitatis humorum indicia deprehendũtur: ſcitum eſt denique illud Hippoc. in coac. cardialgia ſeniori crebro reuertens mortem repentinam portendit, ex eodem aphor. 26. in cardialgia extremarum partium frigiditas. Malum, quod de cardialgia ab humoribus vagis non eſt intelligendum, nam aphor. 65. ſect. 4. in febribus circa vẽtriculum ingens æſtus & cardiogmos malum i. præſens certum vitæ periculum adeſt.

De Cardialgias vitioſis humoribus Therapia.

NVnc autem ad therapiam propoſiti affectus veniamus, quoniam cardialgia à lumbricis & flatu non aliam requirit medendi rationem quàm quæ propriis ſuis tractatibus deinceps tradetur: ideo his præmiſſis agemus primùm de cardialgiæ curatione quæ pendet à ſimplici humorum exceſſu. 2. de curatione illius, quæ fit à phlegmonoſa conſtitutione ſtomachi. 3. de ea quæ pendet ab exulceratione eiuſdem partis, quia poteſt ſequi tum acrimoniam & mordicationem dictorum humorum: tum etiam phlegmonoſi affectus in abſceſſum dege-

gene

Digitized by Google

generantis metaſtaſim. Vt igitur à cardialgia incipiamus quæ proficiſcitur ab humorum vitio quoniam illi fieri poſſunt à cauſis etiam externis materiam ſuppeditantibus vel eorum generationem promouentibus: Ideo à Diæta incipiendum, vt quæ omnes iſtas cauſas moderetur & ad rectam medendi rationem reuocet.

Imprimis igitur aër in hac affectus ſpecie eligẽdus vel arte comparandus qui ſit puriſſimus natura aut nullis ſaltem inquinamentis infectus, ſubſtantiæ mediocris, aut paulò craſſioris ne nimia ſua tenuitate vires diſſipet, qualitate frigidiuſculus & leuiter perflatus vt humorum acrimoniam obtundat, putredinosóſque vapores reprimat, hunc aſſequemur potiſſimùm in loco domus inferiori patente quodam ſpiraculo ad boream vel zephirum, vel etiã irrigato pauimento ſi æſtus vrgeat, profuſione aceti, aquæ roſ. nymph. & ſimil. vel etiam aſperſo foliis vitis ſalicis, myrthi, cannarum viridium & aliorum, quæ vbi exaruerint remouenda & frequenter renouanda. idem præſtari poteſt odoramentis circa ægrum collocatis ex aq. roſacea, arant. & myrth. cum tantillo vini albi odorif. & ſantal. puluer. Proſunt præterea fructus odorati, vt poma, cydonia mala, pruna, perſica & ſimilia pro variis anni tempeſtatibus in cubiculo ægrotantis circumponi. Quemadmodum enim odorata ventriculum afficiunt & recreant, vt patet ex ipſis fœtidis, quæ ſtatim nauſeam & vomendi appetitum inducunt. Excretiones naturales rectè etiam procurentur, alui, veſicæ & cerebri: abſtineant tamen cardialgici à venere propter nimiam quæ ex ea contingere ſolet reſolutionem

&

& humorum agitationem, eodem modo labores omnes, exercitationes violentas fugiant quietíque imprimis indulgeant vt ſummoueantur praui iſti ſucci niſi fortè aliquando leues quaſdam deambulationes ſuſcipere lubeat, ante paſtum recreandi animi cauſæ & excitandi caloris natiui.

Somnus eodem modo moderatus eſſe debet, in lecto molli bene mundis linteolis & leuiſſimis ſtragulis contecto. Quod ſi poſt prandium ſomnus aliquando obrepat, vt ſæpe fit dum nox fuit inſomnis, concedendus erit per vnam circiter horam ad reparandas vires inferioris ventriculi & vigiliis debilitati & compeſcendam vomitionem quæ in hoc affectu fieri ſolet moleſtiſſima, vitans etiam curas, mœrores & iracundiam quæ ſolæ & per ſe affectum hunc excitare valent: Gaudeant verò dulciſſimis amicorum colloquiis ac præſentia, relegata aliorum turba & importuna aſtantium multitudine. In præſcribendis etiam alimentis conuenientibus, non minori curæ erit laborandum, vtpote quæ remedij optimi & familiariſſimi vicem obtinent in hoc affectu: quamuis enim conſeruandis viribus & reficiendæ corporis noſtri ſubſtãtiæ primariò ſint dicati, fit tamen in ſtatu præternaturali vt contrariis alimentorum facultatibus morbo reſiſtere liceat, & in cibo medicinã reperire ex Hipp. ſententia. Cùm igitur hic conſeruandum ſit & curandum, certum eſt in hac ventriculi impuritate cibos primùm Euchymos eſſe exhibendos & Eupeptos, ne debilitatus ventriculus multum in illis ſubigendis laboret, formæ etiam quam tenuem vocat Hippocr. ex liquidis & ſorbilibus maximè conſtantem.

In

In qualitatibus vero eligenda alimenta quæ refrigerent & compeſcant iſtam humorum acrimoniam quæ leuiter etiam aſtringant, vt robur ventriculo concilietur aut etiam aliquando detergant ſi ſint abluendæ ſordes illi adhærentes. Ad hoc igitur erunt cõueniẽtiſſima iuſcula pullorum herbis refrigerantibus, vt acetoſ. lact. end. portal. & vuis acerbis alterata ſubfrigida potiùs actu quam calida, aut ſi æger iam debilior videatur poterunt præſcribi iuſcula conſummata gelatiuæ, oua etiam ſorbilia, cremor hordei lacamygdalarum concedi poterunt, quemadmodum ſucci ex delicatioribus carnibus expreſſi addendo ſingulis parum ſucci limonum, arantiorum, granatorum acidorum omphac. vel aceti, pro vario ægrotantis arbitrio cui erit hac in parte indulgendum apud Hippoc. 2. epid.. ſect. 2. mulieri quæ cardialgie tenebatur polenta mali punici ſucco inſperſa & ſemel in die accepta pro cibo ſatis fuit & non reuomuit: quod ſi lubeat aliquando carnes perdicum, gallinarum iuniorum & auicularum ſuccis his aſperſas concedere non parum conferet eis qui paulo pleniore victu delectantur & qui diuturniore affectu iam ſunt debilitati.

Auicennas concedit illis qui magnam in ventriculo feruorem ſentiunt lac acetoſum & piſciculos in aceto elixos, quod ſi humor qui exuperat ad acidum potiùs vergere videatur, vt fit in melancholicis, concedit illis oua aſſata, piſces frixos & ſimilia in patella parata, vrgente cardialgiæ paroxyſmo valde confert panis vino bene diluto intinctus modicè ſumptus.

Ideo laudant etiam pro potu vt cruſta panis albi leniter

leniter torrefacta in vinum dilutum immergatur. Deinde fortiter exprimatur,bibat colaturam,poſſumus etiam vti iulepo alexandr. ex ſucco granatorum vel limonum cum dupla portione aquæ roſ.& ſacch.q.ſ.confecto cinnam.verò decoctum aut coriandrorum non tam liberè in affectu & cauſa concedendum propter çaliditatem niſi fortè flatus coniuncti fuerint.

Quod ad quantitatem eorundem alimentorum ſpectat,curandum vt vires ſufficere poſſint,tam pręſentes quàm futuræ.Ideóque habenda ratio non ſolùm oarij temperamenti,ætatis, conſuetudinis, regionis aëris & ſimilium,ſed etiam diuturnitatis & breuitatis huius affectus ne reuocetur natura à cōcoctione humoris morbifici & excretione aut imbecillior opprimatur,partitis igitur vicibus offerēda his alimenta eo potiſſimum tempore quo minus vrgetur niſi in ipſa paroxyſmi ſæuitia ob metum imminētis ſyncopes lubeat vires aſſumpto iuſculo, vel alio quodam liquore inſtaurare humoríſque acrimoniam diluere. Propeerea hîc obſeruandum propter crebram vomitionem paucum eſſe offerendum,vt facilius in ventriculo retineatur. Inter cardialgicos igitur qui magis vexātur in ieiunio numquam omnino vacui cibo relinquendi ſunt ſed aliquid frequenter ingerendum , qui verò poſt ſumptum cibum magis dolent non tam ſæpè aſſumere debent neque magna quantitate ſed quæ ad vires ſolòm ſuſtentandas ſufficiant , atque hæc de diæta.

Nunc verò ad chirurg.& pharmac.auxilia accedentes dicamus cauſarum omnium & morborum ſeſe

ſeſe hîc conſequentium ſeriem diligenter eſſe ſpectandam partiúmque quæ illis originem quandam aut fomenta dederunt rationem habendam, vt eodem ſcilicet ordine expugnentur quo affectus iſtius generatio progreſſa fuit, quod practici vocant ſublationem cauſarum remotarum & antecedentium, & ad prophylaxim referunt.

Cùm igitur hanc intemperiem ſtatuerimus humoralem ab excrementis calidis & acribus decurrentibus per ipſum ventriculum, ſiquidem illorum pars ſit adhuc in motu, reuulſionem, deriuationem nec non interceptionem ſuadebit: pars verò quieſcens ſui vacuationem & alterationem: genus vacuationis & repletionis genere indicabitur, quæ cùm ſit in hoc affectu mera cacochymia extra vaſa poſita purgationem primariò expoſcit, non autem venæ ſectionem, niſi fortè cauſa præcautionis in corpore plethorico, dum timemus ne vi doloris ſanguis in partem affectam attrahatur, aut etiam ſi febris aliquando videatur coniuncta ad feruorem illius compeſcendum.

Porrò cum purgatio per deiectionem & vomitionem proficiſci poſſit à benignis vel violentis catharticis, partis iſtius nempe ventriculi conformatio docet tam vomitione, quàm deiectione cauſam huius mali educi poſſe, illius verò ſitus propinquior ſenſus exquiſitiſſimus, & vires imbecillæ, quæ ferè hunc affectum comitantur, benignis potiùs aut mediocribus agendum eſſe ſuadent, niſi fortè aliquando vehementiora videantur conferre conſtantibus adhuc viribus, & in corpore ſolido ad eliciendam potentius antecedentem cauſam in 2. aut 3. corpo-

Digitized by Google

ris regione deliteſcentem,concoctio denique & alteratio humorum iſtorum,externis interniſque remediis procuranda erit,vt ſequentibus formulis patebit.

℞. hord.integ.& furfur.macri.ana p. j. foliorum abſynth.beth.& agrim.ana m. j. ſeminis melonum cucurbit.& anyſi ana.℥ j. roſarum rubrarum, florũ borrag.& chicor.añ.p.j.decoquãtur in colat.℔.j. diſſolue cathol.& hieræ picræ ana ℥ vj. mellis roſ. ℥ ij.vitellorum ouorum numero ij.fiat clyſter quo eliciantur humores ad inferiora,quoties aluus aſtricta fuerit perſeuerante nauſea & vomendi conatu ad quem natura hic inclinare ſolet:proritandus erit vomitus leuioribus,vt ℞.aq. font. tepid. ℥ viij. vel x.in quibus non diſſoluimus oleum propter acrimoniam,& quia facilè inflammatur , ſed potiùs ſyrup.acetoſ.ſimp. ℥ j.ad incidendum leniter & retundendam bilis ferociam ſumat ,& deambulet poſtea ſi poſſit, vel ſaltem ventriculi regio in orbem leniter confricetur.

Quòd ſi paulò robuſtior ſit æger humórque rebellis appareat ,ſemen anethi & raphani in aqua hordea decoquatur in cuius ℔. j. diſſol. oximel. vel hydromel.℥ ij.ad detergendum capiat,vt priùs,retinendo der dimidiam horam ſi poſſit. Deinde iniecto in fauces digito,vel penna oleo imbuta proritetur vomitus,non tantùm ſemel ſed pluries, atque etiam interiectis diebus,ſi quidem huiuſmodi vomitu multum videatur leuari æger & materiæ morbificæ copia excludi.

Quoniam verò humor iſte in ventriculo contentus,vt dicebamus, non ſolùm vomitu ſed etiam

eiectione excluditur, ideo eligenda etiam erunt cathartica quædam benigna & roborantia, quæ illud clàm præſtare valeant, ad hanc rem laudant authores myrobal. decoctum rhabarbari infuſum, & puluerem aloes optimæ in pilulas cum pauco agarico & maſtiche concinnatam, tamarindorum decoctum, & ſimul quæ billioſos humores compeſcunt, & blandè expurgant, quod ſi tetri ichores, pituita putris & ſalſa huius mali cauſa videātur radicis mechoacam veræ puluis ad ʒ i. ſumptus cum pauco iuſculo aut vino albo, & pari pondere ſacchari præſentaneum valde remedium erit: item ſyrup. roſ. ſolut. aut illius infuſio recens agaric. cum rhabarb. pulueriſ. & ſyrup. de abſynth. in pilulas concinnatus quorum ʒ j. deuorare poterit matutinis horis vel ante cœnam.

Item catholic. aut diaphœn. ℥ ß. in formam boli cum ſaccharo parat. Sin verò atræ bilis aut melancholiæ putrentis dominatus maior exiſtat decoctū fol. ſennæ ad ℥ ß cum iuſculo prunorum dulc. paſſul. purgat. & pauco anyſi ſemine exhibeatur, vel confectio diaſennæ dicta, vel indi maioris ad ʒ vi. in formam boli parata, vbi complicatæ erunt cauſæ, componi ex iis poterunt variæ purgantium formulæ quod præſentis medici iudicio & induſtriæ committitur, quemadmodum ipſa quantitas & repetitio remedij pro variis circumſtanciis, nihil enim melius in hoc affectu quàm blandis iſtis & roborantibus catharticis, frequenter & per epicraſim humorem iſtum noxium cuius eſt perennis generatio expurgare.

Quod ad alterationem vero ſpectat, nempe cali-

ditatem huius materiæ putredinem aut malignitatẽ per aſſumpta remedia corrigendam,ſequentes formulæ vſurpari poterunt.

℞.ſucci pomorum redol.de limonibus & de granatis acid.ań.℔ j.ſucci borrag.& end.recens extract. & depurat,ań. ℔ ß decoquantur cum ſaccharo albiſſ.in formam iulepi cuius capiat ℥ iiij.manè & ſerò:ſi primam doſim reuomuerit vt ſæpe fit habeatur alia parata quam ſtatim ſumat.Si non detur ſuccorum copia,paretur iulepus ſequens.

℞.Syrup. granat. acidorum ℥ ij. ſyrup. cydoniorum & myrth.ań.℥ ß aq.roſ.& card. bened. ań. ℥ x. puluer.diamarg.frig.℥ ß.terræ ſigill.& & raſ.cornu cerui ań.℈ ß fiat iulepus pro tribus aut 4. doſibus matutinis,qui reiteretur,quoties opus fuerit etiam circa veſperam,vel exhibeat,lapid. bezoardi (ſi legitimus haberi poſſit) cum pauca aq. card. bened. potiſſimùm ſi fiat quædam ſuſpicio materiæ venenatæ,

℞.rad.acetoſ.gram.& bugloſſ.an.℥ j.corticis citrij ſicci ʒ ij.foliorum plantag.portul.end.agrimon.acetoſ.gram.& cardui bened.ań.m. i. ſummitat. abſynth.pont.p.j.ſeminis acetoſ.& gran. kermes ań. ʒ. i. florum viol.& roſ.rub.ſicc.ań.p. 1. fiat decoctio ad ℔ 1.ſ.in qua diſſo.ſyrup.oxyſacch.ſimpl.& de limonibus ań.℥ ii.fiat apozema clarif.& aromat.ʒ i. puluer.elect.tria ſantal. pro 4. doſibus matutinis , quibus finitis repetatur vſus decoctorum purgantium quin etiam ad alterationem & corroborationem parari poterunt ſequentia.

℞.confect.alcherm.& de hyacinth. ań. ℈ j. terræ ſigill.coralli rubr.& puluer.diamarg.frigid. ań. ℈ ß

incor

incorporentur ſimul affundendo parum aquæ arantiorum, vel ſucci limonum fiant pilulæ 5. aut 6. capiat duas omni hora, vel

℞. conſeru. florum borrag. cichorij & nymph. añ ℥ß. confect. de hyacintho & alcherm. añ. ʒ j. terræ ſigill. boli arm. margarit. præpar. corall. rubr. raſur. cornu cerui & ebor. añ. ʒ ß. puluer. elect. de gemmis & diamarg. frigid. ana ℈ j. cum ſyrup. cydon. fiat opiata, vel cum ſacchari ſ. q. fiat reſtaurans dictum duplici auro coopertum de quo capiat frequenter cum iuſculo aut pauco vino diluto, potiſſimùm quando vires collabi videbuntur. cuius inſtaurantis portio, reponatur in alembic. vitreo cum ℔ ij. optimi iuſculi & ℔ ß. ſucci granat. diſtillentur in baln. mar. capiat huius liquoris ſtill. cochlear aliquot omnibus horis, his igitur & ſimilibus aſſumptis interioribus remediis contra propoſitum affectum pugnabitur.

Externa non erunt etiam omittenda, quæcunque ad tranferendam, abſumendam, alterandámque materiam morbificam & parti robur conciliandum aliquid auxilij afferre poterunt, ſic appoſita frequenter ſtomacho cucurbitula cum multa flamma vomitum compeſcet, & infixam materiam ad exteriora euocabit, ligaturæ artuum dolorificæ, frictionéſque crurum & femorum inferiora verſus, reuellent impetum maligni vaporis ſuperiora petentis, balnei etiam refrigerantis & relaxantis vſus præcipuam hîc vim obtinere ſolet, niſi fortè metus ſit lipothymiæ, qua infeſtati ægrotantes vix illud ſuſtinere valent, huius itaque loco inſtitui poterit ſemicupium ad ſtomachi regionem pertingens in quo

Digitized by Google

reſidebit æger per interualla & cõuenientibus refocillatus remediis. huius talis eſſe poteſt deſcriptio.

℞. Rad. alth. liliorum & acetoſ. an. ℔ ij. herbarum borrag. cichor. violarum, maluarum & brancæ vrſinæ an. faſcicul. ij. ſummitat. abſynth. & lauri an. m. j. ſeminis aniſi & coriandri leniter contuſ. an. ℥ ij. florum camomel. & roſarum rubr. an. m. j. fiat decoctio in aq. font. vel fluuij pro balneo vel ſemicupio, ingrediatur tepidè admodum & ſine vllo ſudore qui ſolet valde noxius eſſe iſtis ægrotantibus, vbi debiliores erunt aut tempeſtas anni incommoda, à balnei vſu patetur fotus ſequens.

℞. foliorum myrth. plantag. ſummitatum rubi foliorum acetoſ. & abſynthij pontici ana m. j. ſeminis portul. & granorum cherm. & coriandr. an ʒ ij. ſantal. vtriuſque ℥ i. ſchœnanthos florum cichorii, roſarum rubrarum ſiccarum, & anthos ana p. j. fiat decoctio, addendo ſub finem vini albi parum ſi magis ſit penetrandum, vel rubri auſteri ſi magis roborandũ, qua foueatur ventriculi regio cum pãno ſcarlatino aut philtris bene expreſſis, bis aut ter in die. Quidam in ſomniis monitus fecit fotum ex furfure macro in ſacculis poſito & vino calente madefacto ex quo meliùs ſe habuit, poſt fotum admoueatur vnguentum ſequens.

℞. ſucci plantag. & acetoſ. recentis ana ℥ j. vini albi ℥ ß. olei roſ. myrth. & cydon. ana ℥ iij. bulliant ad ſuccorum conſumptionem. Deinde adde terræ ſigill. boli armenæ coral. rubr. ſeminis acetoſ. & portul. ana ʒ ß. cinnam. & nucis moſcat. ana ℈ j. ceræ albæ. q. ſ. fiat vnguentum, vtatur vt dictum eſt.

Cataplaſm. autem & emplaſt. non ita hîc probã-

tur

tur,quia denſitate ſua & pondere partem hanc doloribus afflictam nimis premunt & calefaciunt,ſub finem tantùm ſeu declinationem huius affectus imponi poterit ceratum molle roboris conciliandi cauſa,quod parabitur ex maſſa emplaſt.de maſt.cum ol. cydoniorum malaxata addendo acac. roſarum hypoc.malacorij & ſimilium aliquot ʒ.

Quin etiam vt abſorbeantur omnino morbi iſtius reliquiæ ſolent quidam dropaces,& phœnigmos experiri,quod non erit tentandum , niſi cum optimis cautionibus.Alexander Benedictus ſmaragdum & corall. collo appenſa,ita vt pertingant cartilagin.xyphoidis extremitatem ſcribit ex proprietate huic affectui conferre.Interea non erit etiam negligendum cor, ſed admotis epithematis liquidis ſolidiſque & ſacculis cordialibus ſedulò roborandum.Cerebro etiam ſi rapiatur in conſenſum reliquiſque partibus pro ſingularum natura erit proſpiciendum,quibus omnibus præcautionis curationiſque munera impleuiſſe videmur.

Sed quoniam ſymptomata in hoc affectu non paruam ſolent inferre moleſtiam,ideo eorum mitigationi etiam ſtudendum:propria autem ſunt vomitio,ſudor diaphoreticus ſiue exoluens , & dolor crucians,vomitionem quidem dictis iam remediis compeſcere licebit,vt eis quæ proprio tradentur capite,ſudor verò ſi ſit frequentior,& vires exhaurire videatur coërcédus inunctione laterum dorſi & extremitatum ex oleo myrthino,lentiſc.vel eo quod ex ſalic.foliis paratur , ſucci etiam refrigerantes,vt ſolani vel plantag.diſſolura in eis pauca camphur. admoueri poterunt , quin etiam commodum

erit lintea quibus inuoluitur æger ſuffire pulueribſ. ſantal.roſarũ rubr.gran.kermes,thuris,maſtiches & ſimil.Denique ſi maior ſit ſudoris impetus, præſcribantur ea quæ corporis ſpiracula & meatus cutis valenter occludunt,vt gypſi terræ ſigill.boli armenæ & gallarum viridium puluis per ſe aut cum pauco aceto permixtus,& particulis ſudore diffluentibus admotus, tunc etiam vſurpanda erunt epithemata cordis & hepatis refrigerantia, vt ſiſtatur vehemens ille ſudandi impetus tam in externis,quàm in internis corporis partibus.Verùm tanta eſt ſæpiũs doloris in hoc affectu ſæuitia, vt totam ad ſe medici curam conuertere videatur. Itaque ſi præmiſſis remediis ſupradictis quę causã tollunt vacuãdo ſedari non poterit,tunc ad reliqua anodynorum genera accedendum,inter quæ temperata,& corpori noſtro analoga non videntur hîc multum conferre, vt lac cæteráque huiuſmodi calida humidáque quia facilè incaleſcunt, & putredinem concipiunt, in iſta ventriculi cacochymian niſi fortè contracta ſit ab aſſumpto veneno, in quo caſu non ſolùm lac ſed etiam reliqua alexiteria diligenter erunt vſurpanda.

Reliquum eſt vt doloris iſtius atrocitatẽ eis compeſcamus,quæ partis ſenſum obtundunt,aut primarij ſenſorij perceptionem impediunt, qualia ſunt narcotica,ad hoc facient clyſteres iuſculo pulli vel decocto emolliente in quo ʒ.j.vel.4.recẽt. theriacæ aut phil.Rom.fuerint diſſolutæ.Item aſſumatur per os aliquando ℥ j.ſyrup.de papauer. ex cochleare vel diſſol.decoct.ſol.lact.cui addere poteris ſi ventriculi imbecillitatem pertimeſcas ℈ j.puluer.elect.

dia

diamarg. frig. vel cõfect. alcherm. ſolemus etiã vtiliter exhibere ʒ j. confect. requiei dictæ cum pari pondere conſeru. roſ. in formam boli, ſequens emulſio bis aut ter in die repetita multùm quidem poterit.

℞. amygdalarum dulc. mundat. ℥ j. ſeminis melon. & cucurb. rec. ana. ℥ ß. ſeminis lact. & papauer. alb. an. ʒ ij. contundantur in mortario marmoreo cum piſtillo ligneo, affundendo decocti hord. & fol. lact. an. ℔ j. ſacch. albiſſ. q. ſ. fiat emulſio, vtatur his quando dolor erit acerbior. poterunt etiam parari ſequentia.

℞. ſyrup. cydoniorum & de abſynth. pontic. an. ℥ j. vini albi ℥ ß in quibus decoquantur leniter opij gran. v. capiat huius liquoris cochlearij. per inueruall. la vel ſi mauis, totidem opij grana feruefacta in pauco vino rubro generoſ. miſceantur & incorporentur cum ℥ j. conſeru. roſ. cap. ʒ ß. quando opus fuerit per ſe vel diſſoluta pauca aq. card. bened. & ſic doloris ſedationi ſapienter ſtudendum erit: nunc accedamus ad curationem cardialgiæ ex phlegmonoſo ventriculo.

Cardialgias à ventriculi Phlegmone Curatio.

PHLEGMONEM ſtomachi ſuas habere cauſas primitiuas, antecedentes & coniunctas notiſſimum eſt, & iam à nobis dictum. vbi igitur ex tali occaſione ſanguinis feruidioris copia à venis por-

tæ in ſpatia & poros tunicarum ventriculi effuſa fuerit, exoritur phlegmonoſa cõſtitutio ſuis conſtipata ſymptomatis, potiſſimùm febre aſſidua quam lypyriam vocant dolore & ſyncope frequenti. Vnde patet, quòd ſi aliquis ſit morbus acutus periculoſus & grauis, hic inter alios cenſendus ob propriam ſpeciem, naturam partis affectæ & ſymptomatum copiam. Cùm omnis phlegmone ſiue ſit exquiſita ſiue ſpuria eryſipelatoſa, ſcilicet ſcirrhoſa aut œdematoſa 4. modis terminari ſoleat, reſolutione nimirũ, ſuppuratione, induratione aut gangræna, vnius tantùm iſtorum poteſt eſſe ſalutaris in curatione phlegmones ſtomachi, nempe diaphoreſis. Nam plerumque ægri in ipſa ſuppuratione moriuntur ob febris & doloris tunc accreſcentis vehementiam, vel certè rupta vomica dum pus in hepar aut vicinas partes ſubitò inuadit, è medio tolluntur, vel denique ſuccedẽte graui & profundo dolore cuius ſanandi parua eſt ſpecies in parte ſpermatica potiſſimùm interna, quod ſi materia iſta induretur facta ſcirrhoſi, contabeſcet neceſſariò totum corpus paulatim ex primariæ concoctionis vitio, aut in hydropem præcipitabitur, citò à vita tollitur quando corruptela aut ſphacelos ſuppurato calore natiuo tam nobilem & exquiſiti ſenſus partem inuaſit. Accuratè igitur ſe debet hîc gerere, nec minimum in curando errorem committere, vt vnicum illum ſibi propoſitum finem aſſequi valeat. Imprimis itaque victum conſtituat tenuiſſimum, vt debet fieri ex doctrina Hippoc. in quacũque internæ partis inflammatione, ventriculi præcipuè laborantis, & ſuum munus tunc exercere nõ valentis ob atrocem & auctũ morbum: cõtentus

ergo

ergo ſit æger ſolo ptiſanæ liquore in quem nihil de hordei ſubſtãtia ingrediatur, iulep. Alex. aq. font. leniter cocta cum radice acetoſæ, aut ſi ſuſtentandæ ſint quodammodo vires, iuſculo pulli alterato foliis refrigerantibus, idque ad 7. vſque diem, qui ſolet vt plurimùm iſtas inflammationes internas iudicare, vel ſaltem quo euaſuræ ſint oſtendere: quæcunque etiam hic offerentur, neque valde calida actu eſſe debent neque frigida, ſed potiùs tepida, vt reſolutionem tumoris iuuent, neque materiam magis impingant: abſtineat omnino ab vſu vini metu caloris fluxioniſque nouæ quam irritare ſolet, vitet etiam carnes, ne ex iis nimia ſanguinis copia generetur, vel in ventriculo corrumpantur: aër etiã frigidior quãuis refrigerationis cauſa hic maximè exoptandus, non eſt tamen concedendus, ne conſtipet meatus & difflationem impediat: neque ſomnus lõgior eſſe debet, ne intrò nimiũ compellat humores, quietus tamen in ſtrato quantùm fieri poterit maneat metũ excitande nouę fluxionis. Denique corpus animúmque ita componat, vt omnia ad ſanitatis reſtaurationem conſentire valeant.

Vt autem ad ipſa remedia huic affectui oppugnãdo idonea veniamus, habita primò cauſæ antecedentis ratione in corpore plethorico, deplenda eſt ſanguinis copia & reuellenda, quod non poſſumus melius conſequi quàm per phlebotomiam. Eſt hiſtoria 9. epidim. mulieris cuiuſdam, quæ in vehementiſſimo dolore ſtomachi, nullis aliis adiuta remediis, ducto tandem ex vtraque manu ſanguine, ſanata eſt. Nam quod hîc multi refugiant venæ ſectioné, propter infirmitatem virium & frequentem ſyncopem: reſpon

reſpondendum eſt duplicem eſſe virium deiectionem vnam quidem ab inanitione ſiue exhauſto, aliam verò à plenitudine ſiue oppreſſione: in illa vacuationem non competere, ſed potius refectionem: in hac verò eſſe vtiliſſimam, vt ſcilicet natura confertim portione humoris leuata reliquum poſſit faciliùs ſuperare. Deinde cùm in hoc affectu tota ſalutis ſpes poſita ſit, in reſolutione, vt diximus: quomodo poterit illa perfici ſi ſanguis magna copia vi caloris & doloris tractus eo influat. Secanda itaque eſt vena axillaris brachij dextri imprimis, ad ℥ vj. vel 7. niſi oboriatur lipothymia, qua ſuperueniente, occludetur venæ oſculum oleo dilutum, vt poſt aliquot horas, recreatis viribus, poſſit denuò extrahi: conſtantibus enim viribus, ad reprimendam fluxionem & inflammationes, optimum erit repetere venæ ſectionem ex brachio ſiniſtro circa tertiũ quartum vel quintum diem, ſi omnia conſentiant. Quidam poſt ſeptimum diem, venas hæmorrhoidũ quæ à vena porta oriuntur, cenſent aperiendas, deriuationis cauſa, quod non eſt improbandum, ſi venæ iſtæ in ano fuerint conſpicuæ, & æger huic vacuationi aſſuetus, non omittendæ etiam cucurbitulæ, variis corporis partibus admouendę, vt ſcapulis, dorſo, natibus, & femoribus, etiam cum ſcarificatu, ſi opus eſſe videatur, ad minuendum redundantem ſãguinem, quem ventriculus inflammatus inſtar cucurbitulæ ad ſe trahit. ligaturæ etiam dolorificæ, & frictiones inferiorum partium aliquid ad reuulſionem humorum conferent. Imò, cùm hîc ſoleant frigere extremæ partes, refocillandæ erũt admotis linteolis calentibus, & inunctione olei nardini aut irini

tepen

tepentis,vt quantum fieri poterit materia foras euocetur.

Quod ad purgationem attinet,dubitatur an hîc conuenire poſſit:multi negant ex Hippoc.tum quia cathartica omnia, cùm ſint caliditatis participia, contactu ſuo inflammationem iſtam augere poterunt;tum quòd conturbando corpus & trahendo humores,verſus partem affectam excrementa allicerent,& vomitum valde in hoc affectu periculoſum excitarent.Adde quòd nihil de cauſa coniuncta tumoris detrahere valent:quæ nos vt facilè concedimus de veris purgationibus diagrediatis, vomitoriis & ſimilibus,ſic de leuibus & benignis frigiditate quadam præditis negamus.Imò Auicenn. tamarindorum decoctum, aut caſſiæ fiſtulæ ℥ ß.cũ aqua end. vel ſero lactis diſſolutã commendat in hoc affectu ſingulis diebus,vſque ad 7. diem exhibitam: quia molliendo,nõ trahendo expurgat mitigat acrimoniam,& lenit dolorem,poſt elapſum verò ſeptimum diem vbi iam apparet quædam concoctio & morbi declinatio,poteſt præſcribi infuſum rhabarbarum ad ʒ j.cum ℈ j.ſantal.rub.in aq.borrag.paratum,qui addi poterunt ſyrup.roſ. ſolut.℥ ij. vt ſordes parti hærentes paulò valentius educantur. Interea glandibus & clyſteribus accommodatis, quotidie ſollicitanda erit aluus,quæ hîc admodum pigra eſſe ſolet,vt

℞.fol. end.cichor.borrag.acetoſ. lact. & maluarum an.m.j.ſeminum melon.& cucurb. ana. ʒ ij. ſeminis anyſi ʒ j. prunorum acidulorum paria quatuor,florum viol.roſ.rubr.& nymph. an. p.j.fiat decoctio ad ℔.j.ſ.in qua diſſol.caſſiæ recens extract. ʒ x.olei

olei viol. & nimph.ana ℥ j. ß.ſacchari alb.ʒ vj. fiat clyſter qui iniiciatur toto principij tempore,ad refrigerandum,molliendum & leuiter repellendum. Deinde.

℞. rad. alth.& liliorum ana ℥ ij. fol.end. borrag. & maluarum ana m. j. ſummitat. abſynthii & pulegii ana m. ſ. ſeminis lini. & fœnugræci an. ʒ ii. florum camæmeli, meliloti & roſarum rubrarum ana p. i. fiat decoctio in colat. ℔. i.diſſol. cathol. & diapruni ſimplicis ana ʒ vi.olei lilior. & mell. viol. ana ℥ ii.vitell.ouorum numero ii.fiat clyſter,qui paucis immutatis ſecundùm rem præſentem poterit prodeſſe,in augmento, ſtatu , & declinatione,ad laxandam aluum,& tumorem reſoluendum. Imò cùm in hoc affectu non liceat niſi parcè nutrire , per ſuperiora, vt dicebamus , ob inflammationem & dolorem ventriculi ; infundendi erunt crebro clyſteres nutrientes dicti,ex iuſculo pullorum,cremore hord. lactis amygd.dulc.cum ſacch.& vitell.ouorum, qui etiam aliquid conferent ad doloris ſedationem.

Porrò alterantia & roborantia per os ſumpta, eadem eſſe poterunt,quæ in ſuperiori affectu; peculiariter autem practici exiſtimant hîc multùm conferre ſuccum portulac. recenter extractum , & cum ſacch. in ſyrupi formam paratum. Item ſyrup. de nymph. quia præter alterationem funguntur vice medicamenti apocrouſtici , id eſt repellentis interioris quod in principio competere poteſt,vbi autem paulò proceſſerit affectus , alia erunt miſcenda quæ reſolutionem iuuent,vt

℞. ſyrup. de pomis & de ſucc.portul.nymph.ana ℥.i. ſyrup. de abſynth. pontici ʒ ß. aquarum lact.

ace

acetoſ. & fœnicul. ana ℥ iii. puluer. elect. diamarg. frig. ʒ i. fiat iulepus pro 4. doſibus matut. quę omnia variabuntur multis modis pro medici præſentis iudicio & prudentia. Idem dicas de opiatis inſtaurantibus, narcoticis & reliquis aſſumendis.

Quod ad topica attinet, quamuis practici vera repellentia in hoc affectu admittere videantur: non ſunt tamen niſi cum magnis cautionibus recipienda, quamuis in principio quibuſdam refrigerantibus poteſtate talibus, non actu, nullo modo tamen adſtringentibus, ne impingatur humor verſus interiora, vt liceat, ad humoris phlogoſim quodammodo compeſcendam: qua paululum remiſſa, reſoluentibus erit dandus locus, nunquam omiſſo roborante aliquo, quod partis affectæ & iecoris ſubſtrati vires conſeruet: vt eleganter annotauit Galen. in principio talis fotus fiat.

℞. rad. acetoſ. ℥ ii. fol. end. cichorii & mal. ana m. i. ſeminis lact. & pap. albi ana ʒ ii. ſantal. alb. & rub. ana ʒ ß. florum violarum nymph. ana p. i. fiat decoctio addendo aceti roſ. modicum vel illius loco ſume aquarum ſtillatitiarum end. lact. & viol. ana ℔. ſem. in qua diſſol. puluer. elect. triaſantali ʒ ii. aceti parum: calefiant leniter, & cum linteolis mundis & detritis, foueatur tepidè regio ſtomachi, circa cartilaginem xyphoidem & duodecimam dorſi vertebram bis aut ter in die. poſtea inungatur oleo roſ. & viol. ſimul mixtis, vbi hoc modo ſedatus paululum fuerit ardor iſtius partis, ſolis diaphoreticis vtendum erit admixtis roborantibus vt dixi.

℞. rad. ireos flor. ℥ ii, foliorum menth. maioran. pulegii & abſynthii pōtici ana m. i. ſeminis fœnugr.

&

Digitized by Google

& anyſi ana ʒ ij. granorum chermes ʒ j. florum ſthœcad.anthos & camemil.ana p. j. fiat decoctio, addendo parum vini albi ſub finem, qua vtatur pro fotu tepidè cum philtris bene expreſſis. Deinde inungatur eadem pars oleo nardino abſynthij vel nucis moſcat.ex quibus confici poterunt vng.addendo parum ceræ & puluer.ireos flor.aut cinnam. emplaſtri enim & cataplaſm. forma, ob pondus & craſſitiem hîc eſt incommoda, atque his modis vera & exoptanda phlegmones ſtomachi curatio, per diaphoreſim procuranda, quòd ſi circa diem ſeptimum febris ardor, dolor, & reliqua ſymptomata intendãtur, cum quadam partis pulſatione, ſignum eſt fieri ſuppurationem, ad quam ſequitur abſceſſus & vlceris generatio, ſi tandiu vita ſuperſtes eſſe poſſit. Nos igitur ad vlceris ventriculi curationem tranſeamus.

Cardialgias ab exulceratione Therapia.

SVPEREST exulceratio ſtomachi quæ aſſiduam & infeſtiſſimam inferre ſolet cardialgiam. Hæc verò exulceratio vel eſt primaria, vel ſecundaria vt dicebamus, ſuccedit n. aliquando vulneri vel phlegmoni in abſceſſum degenerãti: alias fit ab acrioribus humoribus, ſubſtantiam ventriculi erodentibus, vel etiam aſſumptis externis, vt cauſticis, ſepticis, venenatis, & quibuſque medicamentis, alimentiſque deleteriis. Quidquid ſit vlcera iſta ſunt ſo-

lu

lutiones continui in ventriculo, aut illius ſtomacho ſeu orificio cum ſanie & ſordibus: vnde conüccere licet, ob naturam partis ſpermaticæ & membranoſæ, deperditam illius ſubſtantiam difficile regenerari poſſe: & propter humiditates in illam redundantes, vix commodam exſiccationem adipiſci. Denique ab illius officio, quamuis cicatrix vlceri inducatur, non tamen inde certam ſalutem conſequi: ſi grandiores ſint huiuſmodi cicatrices, ob politam earum læuitatem, elabitur deinceps alimentum inconfectum, & lienteria lethalis exoritur. eſt tamen in recenti vulnere, & adhuc leui, neque complicato cum aliis morbis omnis tentanda via, qua curationem procuremus, vel ſaltem ægrotantis vitam, quantum fieri poterit, producamus.

Quod ad victus igitur rationem ſpectat, certum eſt hîc Euchymum alimentum requiri & Eupeptū, id eſt, boni ſucci & facilis digeſtionis iam in ſuperioribus commemoratum, pauca quantitate ſumptum, cùm enim ſolutio continui, morbus ſit communis partibus ſimilaribus & organicis, valde impedit ventriculi concoctionem, quæ eſt actio mixta & ab vtriſque pendens. Quod ad qualitatem, alimenta refrigerantia eſſe debent, ob coniunctos vlceri humores calidos & ſordidos; exſiccantia verò leniter, vt abſorbeantur iſtæ humiditates ſuperfluæ; necnon detergentia & quaſi abluentia interdum præſcribenda, vt iſta excrementa depellantur à ventriculo in inferiorem aluum. Conueniunt itaque iuſcula fol. herbarum refrigerantium & modicè aſtringentium alterata: hordei cremor, lac amygdal. dulc. cum ſacch. roſ. paratum, cuius magna vis in

omnibus vlceribus internis,ob leuem refrigerationem,deterſionem & exſiccationem, emulſiones ex ſeminibus frigidis confectæ, & ſimilibus; quin etiam lac caprillum aut aſininum recens mulctum,addito ſacch.roſ.aut pauco melle in plures dies manè ſumptum purgato prius leniter corpore, multùm proderit,tota enim ſui ſubſtantia ad renutritionem non ſolùm partis affectæ,ſed totius corporis maximè conducit,ſuo ſero deterget ſordes vlceri adhærentes,parte butyroſa dolorem & acrimoniam humorum mulcet,caſeoſa autem occludit, & exſiccat potiſſimùm,ſi circa finem ignito chalybe aliquoties exuratur,vt ſic portione ſeri abſumpta minùs tergere,magis conſolidare valeat.ſub hoc ordine continentur farina hordei & auenæ leniter toſta cum prædicto lacte aut iuſculo,ſaccharo,& vitellis ouorum in modum pultis parata;pyra etiam & cydonia mala,cum hydromel.aut ſapa conuenienter cocta, aut etiam ſub cineribus deinde ſaccharo aſperſa,poterunt exhiberi in fine pactus ad roborandum & ſigillandum vt vocant. Quod ſi inflammatio vlceri iuncta fuerit,vino abſtinendum: & aqua hordei vtendum pro potu ordinario,circa principium morbi,ad deterſionem & refrigerationem, Deinde chalybeatâ,aut in qua terræ ſigill.aut boli arm.fruſtula aliquot maduerint ad conſolidationem: ſi verò non ſit magna phlogoſis cum vlcere, poterit vti in principio vino albo tenui & benè diluto, cum aq. font. poſtea rubro auſtero pari aquæ chalybeatæ mixto.atque hæc de victus ratione, quæ magni eſt momenti in curatione iſtius affectus.

Quod ad remedia autem chirurgica & pharmaceutica

Digitized by Google

ceutica attinet, repetenda eſt imprimis, & in memoriam reuocanda exulcerationis iſtius generatio: ſiue enim à calidioribus putrentibus aut virulentis ſuccis dependeat, ſiue ab abſceſſu diſrupto poſt phlegmonem concoctum; illorum ratio eſt habenda, quæ antea diligenter fuere propoſita, vt omnibus cauſis antecedentibus proſpiciamus, ſiue à veneno, corruptione, alimento profecta fuerit: illa erunt imprimis vomitu excludenda, & propriiſſimis alexiteriis oppugnanda. In inſtituenda verò peculiari iſtius vlceris curatione, deterſio ſordium, vtpote ſine qua noua ſubſtantia regenerari nequit, atque exſiccatio quædam nobis proponitur. Cùm autem interna ſit hæc pars muſculi abdominis, & ſuperiori hepatis loco ſubſtrata: internis potius remediis quàm admotis iſta perficienda ſunt: aſſumptis verò agendum, non quidem omnibus quæ vſui eſſe ſolent in vlcerum externorum curatione, vt vitriolo, ſublimato, puluere mercur. & ſimil. ſed quæ ſint innocua, & quaſi domeſtica huic parti præſtantiſſimæ & ad vitam neceſſariæ: ad detergendum aptiſſima erunt liquida, ad exſiccandum verò & cicatricem obducendam ſolida, quorum tales eſſe poſſunt formulæ,

℞. hord. integ. p. j. fol. ſcab. agrimon. pimpinel. & capill. vener. ana m. ſ. ſeminis melonum ʒ ij. roſarum rubr. ſiccarum p. j. fiat decoct. ad ℔ j. in qua diſſol. ſacch. albiſſ. q. ſ. vel ſyrup. de roſ. ſicc. ℥ iij. aut melle roſ. colat. ℥ j. ſ. fiat apozema pro 4. aut quinque doſib. ſæpius iterandis: habemus hodie vſitatiſſimum illud decoctum quod vulgo cancrorum vocant, alij aquam catapultarum non ſolùm ad externa, ſed etiã interna vlcera ſi per os exhibeatur.

efficaciſſimum, cuius ʒ iii. aut 4. capiat manè & ſerò per nouem dies continuos, addendo in ſingulas doſes mell. roſ. aut ſacch roſ. in puluerem redacti ʒ i. ad interna etiam vlcera non parum confert decoctum radic. chynæ vel ſalſæ parill. vbi febris abfuerit, per viginti aut plures dies ſumptum, leuiter ſudores prouocante, ſic enim eluuntur ſordes, & vlceris parietes paulatim exſiccantur, quod ſi metus ſit tabis & conſumptionis, decoquatur prędicta radix in iuſculo pulli gallinac. aut columbini cum herbis prædictis & hord. mund. In diuturniore morbo potus aq. thermal. aluminoſæ, vitriolat. qualis Meynenſis actu frigidæ, per menſem integrum ſumptæ, circa æſtiuos ardores, non parum profuiſſe in multis iamdiu obſeruatum eſt. Ad detergendum præterea & expurgandum, multum conferent medicamenta cathartica leuiora, & quodammodo roborantia frequenter repetita, vt ſyrup. roſ. ʒ ii. in prædicto iuſculo aut decocto fol. prunellæ diſſolutæ: infuſum rhab. in aqua plantag. decoct. myrabolan. & tamarind. vel etiam ʒ ß. cathol. in formam boli cum ſacch. ſemel aut bis in hebdomade exhibita. Clyſterum præterea emollientium & leuiter purgantium frequens hîc debet eſſe vſus, potiſſimùm ſi aluus fuerit aſtricta, neque etiam aliquando erit omittenda venæ ſectio, ſi corpus ſanguine redundans, fluxionibúſque obnoxium, ſi febris aut inflammatio vlceri coniunctæ videantur, poſt reuulſiones ergo & materiæ deterſionem, vt exſiccetur tandem & occludatur vlcus ſequentia vel ſimilia præſcribantur.

℞. terræ ſigill. boli armenæ. corall. rubr. lapidis

hæma

hæmatitis, aq. roſ. diligenter lotorum ana ʒ i. ſanguinis dracon. gummi arab. & tragacant. ana ʒ ß. papauer. alb. leniter contuſi & aſſi hypochiſtid. ſarcocoll. & thuris maſcul. ana ℈ i. fiat omnium puluis addendo ſacch. roſ. tabul. ℥ i. cuius capiat ʒ i. cum pauca conſeru. roſ. vel cum aqua plantag. aut ſimpl. ſemel in die, quidam diſſol. in lacte chalyb. aut vino rubro aſtringente, ex eodem pul. cum conſerua ſymph. roſ. & balauſt. ſyrup. myrth. aut cydonio exceptis, concinnari poteſt opiata, qua vtatur frequenter ad caſtaneæ magnitudinem per ſe vel cum prædictis liquoribus, ex eodem etiam puluere formari poſſunt trochiſci cum mucilag. ſeminis pſillii aut gummi. tragaca. ponder. ℥ i. capiat vnam manè & ſerò ſingulis diebus ſuperbibendo parum aqu. plantag. vel decoct. & centinod. aut lact. chalyb. modò hoc modo illo vtatur remedio, vt minori moleſtia afficiatur. Vbi occalluiſſe vlcus videbitur, quod ceſſatio doloris potiſſimùm oſtendit, ſuperſedeat ab omnibus remediis, & vitet alimenta, quæ exaſperare poſſunt læuiorem cicatricem, qualia ſunt acria, ſalſa, acida & ſimilia, incidente & detergente vi prædita. Atque hæc de curatione variarum cardialgiæ cauſarum, quæ eodem modo vſurpari poterit in periodynia, doloris ſcilicet totius ventriculi fundi, & aliarum eius partium, vt ſatis patet.

Digitized by Google

De ſymptomatis Appetentiæ, Anorexia, & Apoſitia.

Capvt Secvndvm.

A Curatione doloris ſtomachi, ipſius appetentiæ ſymptomata eidem orificio ventriculi propria aggrediamur. Appetentia autem vt cæteræ actiones quando læditur, vel non fit omnino vel imminutè aut deprauatè; abolitionis igitur & imminutionis vitia primùm pertractemus, poſtea ad illius deprauationem accedamus: illa autem apud Græcos authores generali vocabulo anorexias continentur, Latini inappetentiam dicunt; ita vt aſitiam, apoſitiam & aſen complectatur. Galen. in prim. epid. vult aſitiam; eſſe ſimplicem ciborum inappetentiã, apoſitiam verò & apoſtrophen auerſionem cum faſtidio & horrore vt & Hippoc. apoſitos & aſitos pro eodem ſumere aphor. 8. ſect. 2. illiſque euſitôntas, opponere 32. ſect. 2. Aſæ verò apud Hipp. ſunt, maiora faſtidia & abominationes, quas frequenter iungit cardiogmo & nauſeæ in coac. aphor. verò 62. ſect. 5. prægnâtium faſtidia. Aſas, appellat. & lib. 2. de morbis mulierum vocat menſtrua Aſſodea, id eſt, faſtidioſa quæcunque tale ſymptoma inuehere ſolent; quicquid ſit inappetentia, deiecta vel ſublata appetentia, cibique faſtidium, pro vno eodémque ſymptomate à nobis explicabuntur, tum minoris maioriſque tamen ratione inter ſe differre videantur.

Anorexia igitur eſt ſymptoma actionis ſtomachi

chi læſa, abolitæ ſcilicet aut imminutæ appetentiæ, ex mala totius corporis, partis alicuius, aut propria ipſius ventriculi conſtitutione. Quæ definitio eſt nobis explicanda, vt res ipſa meliùs innoteſcat. Sciẽdum itaque naturam, viuentibus omnibus appetitum quendam indidiſſe, quo feruntur ad ſui conſeruationem: ac proinde materiam quandam, reficiendo corpori idoneam, expetendam: ſine qua illorum viuacitas diu perdurare non poterat, ob perennem triplicis ſubſtantiæ qua conſtant diſſipationem & effluuium: húncque in animantibus perfectis inſeruiſſe potiſſimùm, ſuperiori orificio ventriculi, parti ſenſûs exquiſiti vt ſcilicet perceptione in illo facta inanitionis ſiue defectus cuiuſdam, cum quadam moleſtia, commoueretur ſuperior ſenſus ſeu animalis facultas, ad alimentum quærendum, quod aptum ſit illius reſtaurationi, ita vt in excitanda iſta appetentia animali quinque oporteat concurrere apud Galen. 1. & 4. de ſymptomatum cauſis, primò, corporis inanitionem, 2. exinanitorum partium à vicinis tractionem, donec ad iecur & venas meſaraicas inteſtinis implantatas perueniatur. 3. venarum iſtarum meſaraicarum vel radicum ab inteſtinis & ventriculo ſectionem: quæ tria ſufficiunt ad naturalem famem conſtituendam partibus omnibus inſitam. 4. ſectionis iſtius in orificio ventriculi, veluti extremo termino ſenſuum. 5. denique huius à communi ſenſorio, nempe cerebro perceptionem per conuenientem ſpirituum communicationem & influxum, vnde exoritur appetentia ſeu fames animalis, cui vt ſtimulum adhuc addat natura, curauit deportandam ex liene portionem ſucci malancholici

Digitized by Google

tenuioris,qui ſua aciditate & aſtrictione, partem hanc contrahendo & vellicando, memorem officij ſui redderet. Quot igitur cauſæ ſunt naturales ad appetentiam excitandam neceſſariæ,totidem etiam erunt quæ illam imminuere aut abolere poterunt; vtque ad conſtruendum multa requiruntur:ad deſtruendum verò pauca,ſic vna ex illis vel 2. præter naturam conſtitutæ ad actionis illius læſionem ſufficient.Quando igitur tanta eſt crudorum in corpore ſuccorum copia,ob intermiſſas exercitationes, vacuationes ſolitas,& ſimiles cauſas,vt vix quicquam eorum reſolui poſſit, vel tanta pinguedinis moles adeſt,vt partibus ipſis ad alimoniam ſufficiat, aut certè magna exteriorum cutis pororum conſtipatio, vel ingens etiam caloris natiui languor & imbecillitas,vt vix quicquam ſubſtantiæ partium diſſipare valeat,vel illius reuocatio ad pepaſmum humoris alicuius morbifici: neglecta interim vera corporis nutritione,vt plerumque in febribus contingit.Certè harum vna vel aliquot concurrentibus ,pauca fit in externis partibus inanitio:vnde nulla aut exigua ab externis tractio,cuius deinde defectu perit appetentia.hinc mira narrantur de mulierculaum quarundam & pituitoſorum hominum abſtinentia, vt muliere,quæ non ſolùm per aliquot menſes ſed ad triennium vſque perdurauiſſe fertur,ſerpentes,vrſi, glires, & cætera animantia pinguiora, in cauernis per totam hyemem conſtipatis poris & ſomno ſepulta latitant abſque vllo cibo, apud Hippoc. ſenes duplici de cauſa parum appetunt & ad perferendũ ieiuniũ apti habẽtur aph. 13.ſect.1. ob crudi ſcilicet ſucci copiã & caloris natiui infirmitatẽ:vt etiã

quia

quia carnes habent humidas apho. 67. ſect. 7. quod genus cauſæ expreſſiſſe videtur aphor. 4. ſect. 2. dum opponit fami & appetentiæ repletionem. 2. verò cauſa erat quando partes quidem exinaniuntur & deplentur, ob exolutum tamen illarum robur non trahunt à vicinis & interioribus, ſed velut effœtæ & muneris ſui oblitæ languent, hoc ſæpe cõtingit per magnas intemperies, vt febres hecticas, ſyntecticas & peſtilentes aut acutas quaſcunque malignitate præditas, partium viribus admodum eneruatis. Item per euacuationes nimias vt fluxus hepaticos hæmorrhoidales, vterinos, hęmorrhagias diuturniores è naribus, ſudores diaphoreticos, exercitationes immoderatas, præcipuè venerem, inedias longiores & ſimiles: quæ non ſolùm ſecundarias illas membrorũ humiditates depopulantur, ſed ad humidum vſque primigenium perueniunt, quo exoluto, omnis potentia naturalis & præcipuè vis electica proſternitur.

Tertia cauſa accidit quando partes quidem externæ inaniuntur, & inanitæ trahunt à vicinis, donec ad iecur gratioſi humoris fontem deueniatur, & ipſas venas maſaricas: quæ tamen propter obſtructiones, aut inſignem atoniã, id eſt, debilitatem nihil poſſunt, materiæ illius chyloſæ, in ventriculo cõfectæ perlectare, neque illius orificio diuulſionis ſe-ſum inferre, quod ſæpe videre eſt per diuturnos iecoris morbos, per magnas meſenterii & partium vicinarum Emphraxes, id eſt, obſtructiones: tũc enim propter defectum ſuctionis iſtius, ſemiconfectus chylus aliquando per inteſtina poſterioremque anum exit, nullo exinanitarum aut trahentium

Digitized by Google

partium fructu. Vnde accidit ſenſim totum corpus contabeſcere.

Quarta denique cauſa, quæ etiam quinta erat, quando ſuctionis ſenſus non fit aut diminutè, quantumuis inanitis partibus trahentibúſque per venas meſaraicas bene diſpoſitas: vt enim fiat hic ſenſus in ſtomacho & percipiat diuulſionem factam: requiritur tum bona illius temperies, tum ea quæ extrinſecus ad hanc ſenſationem concurrere ſolent, nempe facultas animalis libera, tum ratione primi ſenſorij, tum ſpirituum; quorum influxus per neruos: & ſucci melanchol. in ventriculum debita effuſio: hinc apud Hipp. ſplenitici quibus ſcilicet liē obduruit, aut inflammatus eſt Aſiti & anorecti permanent, appetentia illis omnino proſternitur, tum ob ſympathiam vicinię, tum priuationem illius materiæ vellicãtis & irritantis ſtomachum: quibus verò animalis facultas concidit aut deprauata eſt, dũ mens ægrotat, vt loquitur Hip. vt per apoplexiam, letharg. phrenitid. & ſimiles affectus: illi, factam in ſtomacho ſuctionem non percipiunt, ob læſionem primi ſenſorij: vnde aphor. 32. ſect. 2. in cauſa ſitifera non ſitire, in cauſa dolorifica non dolere in malis habetur. illud etiã præſtare poteſt, particularis neruorum 6. coniugationis, quibus viſcera iſta irrigantur, affectus: vt paralyſis, obſtructio aut obſtupefactio, ex vſu refrigerantium & narcoticorum cõtratracta. atque iſtæ ſunt omnes remotiores appetentiæ abolitæ vel imminutæ cauſæ. Proprii verò affectus ſtomachi, illi idiopathicè inhærentes peculiariter appetentiam tollunt & imminuũt, quæ quum fiat per modum ſenſus tactus, certum eſt etiam à vitiata

tiata illius temperie potiſſimùm proficiſci:nam ſolutiones continui,& organi læſiones,vulnera, vlcera,lumbrici & ſimilia,illud tantùm per accidens aut remotè præſtare valent. Porrò omnes intemperies tam materiales quàm immateriales illud efficiunt, quando valdè excedunt: duę tamen potiſſimùm calida & frigida: calor enim ingens abſque humore reſoluendo diſſipandóque violenter humidam ſubſtantiam, famem tollit, quæ eſt appetitus calidi & ſicci ſiue ſolidi alimenti: ſitim verò auget quæ fertur in frigidum & humidum,ſiue liquidum alimentum:vt patet æſtatis tempore,in eis qui valida ſubeunt exercitia,calidioribus vtuntur balneis aut alia ratione internum calorem ſupra modum augent. Frigus etiam abſque humore intenſum nimis,appetentiam abolet,idque tam actuale & poſitiuum,quãdo v.g.viſcera ab externo aëre, vel ſumpta aut admota,aqua,gelu,niue,glacie argento viuo & ſimilibus ita refrigerantur,vt in narcoſim incidant:quam priuatiuum,vt vocant,ab exhauſto calore noſtro inſito,quod Halen necroſim appellat, vt per longas hæmorrhagias,putredines,febres ardẽtes & ſimilia quibus exhauritur ventriculi & aliarum partium robur.calida verò intemperies cum humore, illud adhuc multò potentius præſtare valet, nam putres,virulenti & inflammantes ſucci, maximas inappetentias inferre ſolent, ſiue propter vitiatam coctionem ventriculi ibi generentur, ſiue ex aliis malè affectis partibus illabantur, quod eadem ratione cõtingit in frigida intemperie humorali, quãuis enim moderatum frigus ad excitandam orexim videatur accommodatum, tamen vbi latitudinem

medio

mediocritatis excesserit contrarium præstare conſueuit; nam pituitoſi ſucci viſcidi ac lenti copia in ventriculo collecti, per apepſias: vel aliundè illapſi ex toto corpore, vt in illis qui per aſſuetas vomitiones allicere ſolent aliarum partium impuritates in ventriculum, aut ex cerebro, vt in hominibus catharroſis: necnon etiam melancholici ſucci maior copia, eò irrumpentis, ex liene, aut vtero; ſuppreſſis menſibus aut hæmorrhoidibus conſuetis, repletionem facit quam imaginariam vocat Auicennas, & calorem quaſi ſuffocando appetentiam imminuit, vt ſatis quotidiana docet experientia. atque hę ſunt internæ cauſæ proſtratam aut abolitam appetentiã reddentes, quæ externarum, vt aëris, alimentorum vitioſorum & ſimilium vſum ſæpius conſequuntur, ſine quarum cognitione præcedenti, propoſiti affectus diagnoſim, prognoſim, & therapiam vix ſtabilire poteramus.

Quod igitur ad diagnoſim, actio læſa in hoc affectu indicat ſtatim ventriculi orificium pati, vbi ſcilicet iſtius ſuctionis ſenſus præter naturam amiſſus eſt vel imminutus: vtrum verò fiat propter idiopathiam vel ſympathiam, diſtinguẽdum erit ex ſignis morborum & cauſarum diuerſarum iam à nobis propoſitarum. Etenim ſi iſta inappetentia contingat ex defectu inanitionis totius corporis, ob crudorũ ſuccorum, ſanguinis, aut pinguedinis abundantiam, vel etiam ob poros cutis conſtrictos, caloris natiui infirmitatem aut reuocationem: illud cognoſcitur ex natura ægrotantis ipſiúſque temperamento, ætate, ſexu, colore, denſitate, cutis obæſitate & venarum repletione, ex viuendi ratione optima præcedente,

Digitized by Google

intermiſſis exercitationibus & vacuationibus,ſomno longiore & ſimilibus,quæ implere corpora apta ſunt,parum verò reſoluere.

Secundæ verò cauſæ ſigna,quando partes exinanitæ non trahunt propter reſolutionem : habebuntur ex cognitione cauſarum,quæ calorem natiuum exhaurire & vim facultatum obtundere poſſunt,ſiue ſint vacuationes immenſæ , ſiue malignæ febres aut aliæ conſtitutiones quæ illi peculiariter bellum inducere ſolent.Quod ſi iecur & venæ meſaraicæ, vt in tertia cauſa dicebatur deficiant in illa ſuctione quam debent exercere , ab inteſtinis perlectando chyloſam materiam:reſpicienda erunt ſigna obſtructionis,& debilitatis iſtarum partium,quæ propriis ſuis traduntur capitibus:necnon ipſius lienis conſideranda conditio,vtrùm malè ſit diſpoſitus ad ſuppeditandam portionem illam benignioris ſucci melancholici,quam natura ſollicitandæ appetentiæ dicauit.Denique ſi ſenſus tactus ſit læſus in ipſis neruis , vel cerebrum ipſum malè affectum , quod in quarta &octaua cauſa notabamus:idipſum innoteſcet ex communibus partium illarum ſignis,quæ ex locis ſuis ſunt repetenda. Quod ſi illa omnia deficiant neque vllus inſignis lapſus appareat,in omnibus iſtis cauſis quas appetentiam præcedere & comitari debere diximus,tunc conuertendus erit animus ad idiopathicos ipſius ſtomachi morbos , & eorum cauſæ per ſolitos ſignorum fontes dignoſcendæ inueſtigandæque. Relictis igitur aliis affectibus qui anorexiam non tam propriè excitare valent,calidam ventriculi intemperiem ſine humore deſignabunt cauſarum externarum,quæ prægreſ-

ſæ

ſæ ſunt, aut adhuc præſentes, cognitio: æſtus in præcordio circa cartilaginem illam xyphoidem ſenſibilis, ſitis immodica & linguæ faucíúmque quædam ariditas inſolens. quod ſi humori iunctus ſit calor, aliquando cum febre eſt, aliàs ſine febre: aliquando à parte alia profluens, aliàs ibi collectus. alterius itaque morbi & affectæ partis cognitio, cum qua intenditur & mitſcit, iſta inappetentia, vt inflãmationis hepatis aut aliorum viſcerum, obſtructio xyſtid. fell. notum faciet iſtos humores inde in ventriculum irrumpere, quod ſi illa abſint, accuſanda venit propria ventriculi intemperies, aut vitiatorum alimentorum vſus ex quibus poſſunt acres iſti & feruentes ſucci colligi: huic vt plurimum cardiogmos, nauſea & vomitus, quin etiã diarrhœa coniũguntur: ex cuius excreti qualitatibus innoteſcit, peculiaris humoris dominantis intemperies. In frigida autem intemperie ſimplici, quæ ortum duxit à cauſa actu frigida: illius vſus id demonſtrabit & frigoris actualis ſenſus in illa parte, ſi verò pendeat ab exolutione & mortificatione caloris natiui: illud etiam erit diſcendum ex rebus ipſis, quę præceſſerunt & humiditatem partium ſubſtantificam caloríſque natiui pabulum corruperũt, vnde non ſolius appetentię ſed omnium aliarum functionum naturalium labes ſubſequitur: Quod ſi frigiditas humori ſit iuncta, pondus & grauitas in hoc viſcere ſentietur, ructuum craſſorum & acidorum copia infeſtabit. concoctioniſque imbecillitas apparebit ſiue id fiat per ſympathiam, ſeu per idiopathiam, vt iam dictum eſt, ad intemperies etiam iſtius ventriculi

de

detegendas, non parum proderit obſeruatio iuuantium & lædentium. Credibile enim eſt vnamquamque à ſuo contrario oppugnari & miteſcere, niſi hoc fiat per accidens. Denique cauſæ omnes naturales, non naturales & præter naturam ſolita hîc methodo perueſtigand, æ vt perfecta fiat diagnoſis.

Vt autem prognoſim in hoc affectu ſtabiliamus, ſciendum eſt primum bonam vel malam appetentiam non ſolùm in propriis ſtomachi affectibus, ſed in omnibus aliis ferè morbis, velut actionem publicam, aliquid fauſti vel infauſti portendere poſſe: celeberrimum eſt enim illud Hippocrat. aphor. 33. ſect. 2. & in prognoſi, bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, (id eſt alimenta) in omni morbo bonum: vt cauſa, quia conuenienter aſſumptis alimentis commodè reficiuntur ægri, & vt ſignum, quia bonam conſtitutionem partis huius tantopere ad vitam conſeruandam neceſſariæ oſtendit. Contra verò in longis morbis & inueterata diſſenteria apho. 6. ſect. 7. & 3. ſect. 6. apoſitiam ſummopere exhorreſcit, tanquam vltimam ægrotantis calamitatem, ſi illi iungatur alui fluxus primo epid. particul. 2. vocat μέγιστον, καὶ κάκιστον σημεῖον alias κακοηθέστατον, ſi ab exolutione caloris natiui pendeat: aliàs enim non tam mortiferum eſt ſignum v. g. ſi à caliditate & frigoris exceſſu oriatur, aut ab humorum repletione cacochymica, quæ ſola purgatione indiget, hinc 7. epid. Cleomen. filio cibi faſtidium citra febrē totos duos mēſes perdurauit, ex pituitæ crudę & viſcidæ copia, quæ tandem vomitu copioſo fuit excluſa,

Digitized by Google

excluſa;in febre etiam potiſſimùm incipiente, aut vigente,nõ vſque adeo mala eſt anorexia,quia tunc natura putreſcentium humorum pepàſmo intenta, minus appetit alimentum,quod illam à ſuo inſtituto reuocaret,vt eleganter docuit Hippoc.aphor. 32. ſect. 2.denuò enim poſt ſedatam febrem, & humores morbificos excluſos quaſi ſua ſponte repetit munus intermiſſum.In pueris quidem inappetentia magis eſt grauis,quàm in alia ætate,propter humidam valdè & diſſipabilem ſubſtantiam, qua præditi ſunt:in conualeſcentibus autem anorexia,recidiuam minitatur,ex reliquiis morboſis: vnde idem Hippoc.aphor.8.ſect.1.vult eos vacuatione indigere,nec non aphor.17.ſect.4.quando ſine febre infeſtat cardiogmos,apoſitia,Stotodynos & oris amaritudo pharmacia opus eſſe docuit. atque hæc de prognoſi.

Therapiam autem iſtius affectus traditurі,non omnium diſpoſitionum curationem meditamur, quæ appetentiam imminuere aut abolere poſſunt: vti repletionis totius corporis,debilitatis partium, & caloris in toto, obſtructionum, aut inflammationum hepatis, venarum meſaraicarum multipliciúmque morborũ, qui cerebrum aut neruos occupantes,actionem iſtam lædere poſſunt, quoniam illa ex propriis ſuis locis ſunt repetenda:ſed tantùm idiopathicorum ſtomachi affectum,qui appetentiæ læſionem præcipuè reſpiciunt.quamuis enim vlcera phlegmone lumbrici & ſimilia idem præſtent; quia tamen iſtorum curatio à nobis eſt tradita, vel in ſequentibus tradenda,ideo de illis nunc agendũ non eſt,ſupereſt tantùm intemperies ſtomachi calida

da frigidáque, materialis vel ſine materia, quæ videntur hoc loco proponendæ. Rurſum quia intemperies ſine humore, alteratione tantùm indiget, quam licebit repetere ex intemperiei humoralis curatione: idcirco de duorum tantùm morborum ventriculi, therapia agimus, intemperiei ſcilicet calidæ, frigidæ, cum humorum vitio coniunctæ, ex quibus vt plurimum idiopathica anorexia dependet.

Anorexias Therapia à ſtomachi calida intemperie.

INTEMPERIES calida ſtomachi vel cum febre eſt, eámque ſequitur, vel ſine ea ſubſiſtit, quæ cum febre eſt, illa ſublata etiam tollitur, vt nullam peculiarem curam expoſcat. de ea quæ ſine febre exiſtit quamuis aliquando eam ſubſequatur, vt in conualeſcentibus apparet, nobis eſt nunc agendum.

Imprimis itaque conſtat diætam, ex rerum ſex non naturalium moderatione conſtitutam, hîc eſſe ſtabiliendam, quæ non ſolùm ad conſeruationem corporis, viriúmque ſufficiat, ſed etiam oppugnandis cauſis morbificis, tam internis quàm externis: ideo aër purus & frigidiuſculus hîc erit eligendus quod ſi non liceat commodè in loco vbi æger moratur, mutatio ſoli ad montes & verſus ſeptentrionem erit proponenda, cõualeſcentibus aut alio modo calefactis & æſtuantibus circa ventriculum, ex

D

conſilio Hippoc.quo ſolo multos vidimus priſtinæ ſanitati reſtitutos. aliàs autem arte procuretur, vt domus,cubile,ſtragula & ſimilia bene munda,odorata & aëre perflata exiſtāt,ne tamen ſomno indulgeant longiori,quo nimium incaleſcunt viſcera,neque vigiliis immoderatis, propter nimiam reſolutionem,vitent laborem & exexcitationem omnem, ſtudia, curas & omnia animi pathemata, ne magis corpus & bilis commoueatur:ex dicto enim Hippoc.vbi fames,ibi laborandum non eſt : ſolitæ vacuationes tam naturales,quàm arte paratæ ſi fuerint ſuppreſſæ ,aut languidiore,sdenuò procurentur.In alimentorum autem vſu omnia non ſolùm poteſtate,ſed etiam actu frigidiuſcula exhibeantur, varia cibariorum genera,purè & eleganter parata illis offerantur,vt omni arte irritetur languidior appetitus,imò aliquando ſumere inuiti aliquid cogantur, quia certum eſt multos non appetentes mēſam accedere,quibus vbi comedere incœperint reuiuiſcit ſopita appetentia,an quia obiectum mouet potentiam?vel quia roborata illo cibo facultas, reliquum deinceps melius appetit,aut denique quoniam alimenti illius qualitate ſtomachi intemperies quodammodo repreſſa fuit:ſic enim æſtate lactucas portul. end. & ſimilia olera refrigerantia aceto intincta aſſumentes,prima ſtatim menſa , appetentiam ab intemperie aëris calidiore deiectam exſuſcitate videmus:debet etiam ipſis inappetentibus ex cōſilio Hippocr.aphor.38.ſect.2.concedi aliquando cibus paulo deterior, ſi ſit valde expetitus & illis gratior quo veluti illecebra commoueatur ventriculus ad reliquos alacriùs appetendos. Quicun

cunque porro anorexia ex quacumque cauſa laborant, fugere debent omnia pinguia, butyroſa, oleoſa & admodum dulcia, quia oblinendo ventriculi oſculum ſtatim ſatietatem inferunt, cauendum etiam ne ſtatim in ingreſſu menſæ iuſculum aliquod conſummatum aut vinum meracum generoſum aſſumant, quia hæc celeriter nutriendo, vt eſt aphor. 21. ſect. 2. appetentiam ſubitò ceſſare faciunt. Quod ad ciborum quantitatem, ſit potiùs exigua, quàm multa, & ex interuallis ſumpta, ne facultas ſtomachi oppprimatur, iam multitudine excrementorum granata: condiri poterunt edulia, quæ euchyma & eupepta hîc eſſe debent, aceto roſ. omphacio recenti, ſucco granatorum, arantiorum, limonum & ſimil. quæ aciditate ſua languentem appetentiam irritant, miua cydoniorum dicta, ſine aromate parata, vel ipſa cydoniorum mala, poma acidula & pyra ſub cineribus cocta poſtremo menſæ ferculo offerantur ad ventriculi orificium roborandum.

Quod ad potum, bibant aquam puriſſimam ex fonte optimo ſcaturientem, vel ſi illius non detur copia, colatam aut leniter decoctam: aut ſi non ſint aſſueti aquæ potationi, bibant vinum album oligophoron modicè aſtringens, & bene dilutum: ſtabilita itaque diæta conuenienti, aliorum etiam remediorum vſus aliquando eſt implorandus, quo cauſæ iſtæ humorales tam antecedentes quàm coniunctæ, vacuentur, præparentur, alterentur.

Illæ autem cùm poſitæ ſint in pura cacochymia primæ regionis, non tam phlebotomiam quàm catharſim exigere vidétur benignam, aut mediocrem, frequenter repetendam: vt imbutus in parte iſta

Digitized by Google

humor billioſus ſenſim & per epicraſim, ſine vlla magna conturbatione eliciatur: ad hoc igitur facient decoctum myrabolani,citrin.cum pauco ſantalo rub.in ſero lactis paratum:vel decoctum tamarindorum in aqu. roſ. Item ſyrupus roſ. ſol. ad ℥ ij. vel cichorij compoſiti cum rhab. aut de floribus perſicorum ex deſcriptione Fernelii conuenienti liquore diſſoluti,quibus ſolida medicamenta magis placent,exhibeatur ʒ j.rhabarb.puluer.& cum conſerua roſarum vel borraginis permixti cum pauco ſacch.cap.duabus horis ante prandium ſemel in ſeptimana,iniecto prius vel poſtea clyſtere molliente & refrigerante,ſi purgatio ſit iuuanda. Ad alterandum autem conducent,iulep.alexand. ſyrup. acetoſ. ſimpl,de limonibus de agreſta,de granatis acidis,de ribes, de ſucco perſicorum, immaturor. ex deſcriptione Fontanoui, ſyrup.de endiuia. & ſimil. cum aq. cichorij acetoſ. lact. borrag. aut roſ. in iulepos concinnati frigidiuſculè ſumpti & pauco puluer. elect.triaſantali aromatiz.poteſt etiam iſta alteratio iucundiùs perfici,iuſculis pullorum paratorum cum herbis refrigerantibus,quin etiam temperabitur iſte humor & roborabitur pars affecta ſumptis tabellis quibuſdam,conſeruis aut opiatis, prout vnicuique erit magis gratum.proderunt enim tabellę diamarg: frigidi,triaſantal.& diarthod.abbatis, ſi ſuſpicio ſit latitantium quarundam obſtructionum, conſeru. florum viol.roſ.cichor. borrag. caul.lactuc. corticis cucurbit.carn.limon. & ſimil. aquæ frigid. immerſorum vt ſaccharum abluatur vel ſi lubeat ita concinnetur opiata.

℞. caulium, lactucar.& cortic. cucurb. ſacchar.

con

conditorum ana ℥ j. conſeru. roſ. florum cichor. & borr. ana ℥ ß. ſantal. rub. corral. vtriaſque & cryſtall. puluer. ana ʒ ß. trochiſ. de ſpodio & ſeminis accroſ. ana ℈ j. cum ſyrup. limon. fiat opiata, cuius capiat ad quantitatem caſtaneæ, manè & ſero, duabus horis ante paſtum ſuperbibendo ſi voluerit parum vini albi diluti aut iulepi alexandrini. Noſtro hoc tempore ſolemus vt plurimum, redundantes iſtos humores, præcipuè ſi circa ver & autumnum alterare ſimul & expurgare apozemate aliquo in 4. aut 5. doſes matut. inſtituto, cuius hæc eſſe poterit formula aduerſus humorem bilioſum anorexiæ iſtius authorum.

℞. rad. cichor. gram. acetoſ. ana ℥ j. bugloſſ. & borrag. cum toto, endiu. cichor. lact. portul. agrim. & cardui bened. ana m. j. capill. vener. & ſummitatum abſynth. pont. ana m. ſ. ſeminis acetoſ. berberis & & melon. ana ʒ ij. prunorum acidorum & tamarindorum recent. ana ℥ ß. mirobalanorum citrinorum aq. roſ. lotarum ʒ vj. ſennæ mund. ℥ j. flor. viol. roſ. & borrag. ana p. j. fiat decoctio in ſero lactis caprill. ſi reperiatur vel aq. fontis ad ℔ j. ß. in qua diſſol. ſyrup. roſ. ſolut. & de floribus perſicorum ſi habeatur, aut illius loco de cichor. compoſ. cum rhab. ana ℥ ij. fiat apozema clarif. & aromatiz. ʒ j. puluer. elect. triaſant. pro 5. doſibus, in quarum prima & vltima ſi opus ſit largiori purgatione diſſol. elect. de ſucco roſ. ʒ ij. plus minus pro vario ægrotantis robore.

Interea dum hæc fiunt, non erunt omittenda externa præſidia, Trallian. malum cydonium in oxicrato decoquit, contundit cum oleo myrthi inſtar

cataplaſm.quod ventriculo admouet, ſi vis paretur ſequens vnguentum.

℞. ol.roſ.myrth.& cydon.aq. roſ. lotorum ana ℥ ij.ſantal.omnium corall.rubr.coriand.præp.roſ.rubr ana ʒ j.gran.chermes & ſpod.ana ʒ ß.ceræ alb.q.ſ. fiat lenimentum, quo ſubtepido & in vola manus tantùm calefacto, inungatur ſtom. bis aut ter in die addendo etiam guttas aliquot aq. roſ. vnctionis tempore. Proderit etiam parti frequenter admouere fœcem roſ.aceto maceratam, aut leuiter irroratam, quæ renouanda erit prius quam incaleſcat: in hoc denique affectu diutiùs perſeuerante, non parum laudarem vſum balnei vel ſemicupij refrigerantis & humectantis bis aut ter repetiti, quo maximè recreantur conualeſcentes, poſt leuem purgationem, & in priorem conſtitutioné & appetentiam ſæpius reſtituuntur: quæ omnia prudens medicus pro varia ægrorum natura & circunſtantiis moderabitur.

Eiusdem à ſtomachi frigida intemperie Therapia.

VBI verò anorexia ſoboles eſt crudioris frigidioríſque ſucci, pituitoſi aut melancholici ſimplicis vel mixti, tunc contrariis ferè inſiſtendum eſt remediis, videndúmque imprimis, an humoris illius in ventriculo redundantis, ſynathriſmus ſeu congeſtio pédeat ex cerebri communicatione, lienis, vteri & ſimilium partium intemperie laborantium, quæ primum erit corrigenda, ne fruſtra circa partem affectam

affectam laboremus, perſiſtente primario affectu. Poſtea conuertendus erit animus ad oppugnandam ſtomachi diſcraſiam, vacuando temperandóque. Inſtituatur ergo recta victus ratio calfaciens & exſiccans modicè ſecundùm gradum propoſitæ intemperiei: ad hoc facient aër purior & ſecundùm qualitates actiuas temperatus, quoniam calidior etſi cauſæ opponi videatur, nunquam tamen appetentiam animalem, quæ fames dicitur, iuuare poteſt, quia nimiùm diſſoluit robur calidi innati, in quo fundata eſt iſta functio; ſi aliqua exercitatio aut vacuatio ſit intermiſſa, vnde iſta repletio contigiſſe videatur, denuò reuocari debet, aut ſaltem ſi ſit imbecillior æger, inſtituantur frictiones crurum & extremitatum verſus inferiora, manè, poſt depoſita alui & veſicę excrementa; omnis metus & moleſtia, omnis cura & ſtudium immodicum vigiliæque diuturniores vitentur, quia corrupta coctione etiam appetentiam imminuunt: debent tamen iſti, plus labori quàm otio, plus vigiliæ quàm ſomno eſſe addicti, vt fiat conueniens inanitio & ſuctus externarum partium. In alimentorum vſu vitanda eſt repletio nimia cibíque craſſiores & inſipidiores, vt azimus panis & inſulſus, carnes ſuillæ, bouinæ, anſerum & ſimilium, niſi modico ſale ſint aſperſæ, quia ſic vellicando ventriculi orificium & pituitam illi inhærentem diſſoluendo appetitum irritare poſſunt. Idem dicas de piſcibus, potiſſimùm viſcoſis & cetaceis, leguminibus, nucibus, oleribus crudis, caſeo recenti & pingui, quæ ſubitò & nimiùm implendo faciunt famem ceſſare, vt etiam vina craſſa, rubra, dulcia aut alio

modo vitiata. vtantur itaque pane puro recenti & bene ſubacto, carnibus perdicum, gallinarum, auium montanarum cum ſuis conditutis rectè paratarum, piſcibus ſaxatilibus, frixis & pipere conditis, reliquiſque aromatibus, vt cinnamomo gariophill. nuc. moſc. zinzib. & ſimilibus, quæ ad roborandum calfac. & vellicandum ventriculi orificium multùm conferunt, crocum tamen peculiariter appetitui officere annotauit Auicennas, quia fortè nimis odoratus & ſpirituoſus ſubitò reſtaurat vires, & ſatietatem quandam repræſentat, ad quam ceſſat appetentia. Ius autem columbarum cum vuis paſſis potiſſimùm corinthiacis paratum valde hîc commendat Trall. vt & vinum tenue, rubellum, generoſum modicè ſumptum: alimenti autem medicamentoſi vicem obtinebunt oliuæ, quas Græci colymbadas vocant ſale conditæ & aceto perfuſæ, cappares fœnicul. marinus & ſimilia eodem modo parata cum aliis cibis ſumpta, quia incidunt mucoſam materiam & ſtomachi vires ſopitas irritant. ſunt etiam qui valdè iuuantur ſynapi noſtro more parato, quia calfacit, ſimul incidit & coctionem iuuat, præcipuè autem munditia ſeruetur & varietas in cibis, quæ vt iam fuit annotatum multùm poſſunt ad prouocandam languentem appetentiam: in fine paſtus, ſumant miuam cydoniorum cum aromatibus paratam, nuces iuglandes, gariophyll. confixas & ſacch. conditas, cortic. citr. aut arantiorum pariter condit. & ſimilia quæ in quotidiano rerum vſu erunt animaduertenda. Vt vero humor iſte, qui in ventriculo pertinaciùs reſidet inde educatur, ſiquidem æger ad vomitum compoſitus videatur, proritari poterit

Digitized by Google

rit ſumpta ℥ j.oximel.ſquillit.tepidè & ieiuno ventriculo,quam diſſoluimus in ℔ j. decocti hord. & ſeminis raph.quod ſi deiectio magis competere videatur,quia auertit materiam deorſum, quæ vomitu ſurſum pellitur ad partem affectam, purgabitur ſæpius ex tabella exhibita elect.de citro ſol.ad ʒ iij. quæ diſſolui poterit cum pauco iuſculo vel decocto menth.& abſynth.pontici,aut purgentur pilulis de hiera,aut aggregat.ad ʒ j.ſumpti,vel parentur ſequentes.

℞. Aloes elect.ſucco abſynth.nutrit.℥ j.agar.trochiſ.ʒ ij.rhabarb.puluer.& vino albo irrorati ʒ j. nucis moſcat.& ſpicæ nard.ana ʒ ß. ſal.tartar.alb. maſtich.& cinnam. ana ℈ j. cum ſyrup. de menth. fiat maſſa pilul.de cuius ʒ j.formentur pilulæ v.deauratæ, quas capiat manè, ſi velis integrè purgare, vel ſumat duas tantùm hora prima ante cœnam alternis diebus,ſic enim ſenſim vacuabitur iſte humor,intemperies corrigetur,& pars ipſa roborabitur:ſi quis delectetur liquidioris remedij formula; præſcribi poterit ſequens apozema.

℞. rad.acori vulg.cyper.& calam.aromat.ana ℥ j. cortic.citri ſicci & radic. ſalſ. parill. minutim inciſ. ana ʒ vi.herbarum abſynth.pont.menthæ, maioranæ,fœnicul.ſalu.camepyth. ſummitatum fumar. & hyſſop.ana.m.j.ſeminis citri & aniſi ana ʒ ij. ſenn. mūdat.℥ ij.ſeminis carth.cōtuſi ℥ j.agarici trochiſcati in li gatura poſiti ʒ iij.epith.florum ſalu. anth. & lauend.ana p.j.fiat decoctio ad ℔.j.ſ.in qua diſſolue ſyrup.de abſynth. ponti.& conditur. cortic. citri. ana ℥.ij.fiat apozema clar.& arom.pauco cinnam.& puluer.elect.arom.roſ.pro 4. aut 5. doſibus mat. in

Digitized by Google

quarum prima & vltima, diſſolui poſſunt ad vberiorem purgationem elect. de citro ſolut. ℥ iij. cum ℈j. rhab. puluer.

Ad alterandum verò & roborandum, nihil eſt antiquius vino aut ſyrupo abſynth. conuenienter parato, quod familiaritate quadam ventriculo eſt amicum, cōcoquit, & modicè deterget: ſi multùm ſit frigida iſta materia, paretur etiam ſyrupus de mentha & vinum Hippocr. dictum cum cinnam. & pauco zinzib. alb. frequenter ſumendum horis potiſſimùm matutinis: aliquando oximel. optimi ℥ ß. cum decocto menth. diſſoluta valdè profuit ad diſſecandam pituitam iſtam ventriculi viſcidam, & lentam. laudarem ego etiam in hoc affectu decoctũ guaiac. aut ligni ſaſſafras in plures dies ſumptum, cum leui ſudore aut ſigno eo in debilioribus, quia roborat valde & diſcutit iſtas humiditates ſuperfluas: ſunt etiam quiaquarum thermalium, vt noſtrarum balerucanarum nitro & ſulphure conſtantium, largiore potu, per tres aut 4. dies repetito, appetentiam recuperarunt, quia eluunt valdè & expurgãt ſordes iſtas ventriculi & inteſtinorum: tabellæ autem aromat. roſ. Gabriel. dictæ, nec non mithridat. aurea alexandr. opiata Salomonis dicta, apud Monſpelienſes, & theriaca iam antiquior: ſi vis parentur pilulæ ſequentes & opiata, ad alterand. & robor.

℞. nucis moſcat. gariophyll. & cinnam. elect. ana ʒ j. puluer. elect. aromat. roſ. ʒ ß. piper. long. ligni aloes. & cubeb ana ℈j. roſarum rubrarum & ambr. griſ. ana gran. v. incorporentur cum ſyrupo de abſynth. fiat maſſ. pilul. de cuius ʒ ij. formẽtur pil. 6. deauratæ, capiat j. vel ij. hora vna ante ſingulos paſtus.

℞.

℞. miu.cydoniorum cum aromatibus paratæ ℥ j. ſ. cortic. citri & arant. ſacch. conditorum &. bene contuſorum ana ℥ ß. mirabal. ſacch. condi. & nuc. iugland. pariter condi. ana n. j. puluer. aromatici roſ. & confect. alcherm. ana ʒ. ß. theriac. veter. ʒ iij. cum ſyrup. de menth. vel de abſynth. fiat opiata de qua capiat ad quantit. caſt. ſingulis diebus manè, quando non vtetur aliis remediis, ſuperbibendo parum vini generoſi: ſunt etiam qui in hoc caſu, aquam imperialem dictam valdè extollunt, ad cochlear vnum ſumptam, ieiuno ventricul. vt etiam aquæ aliæ ſimiles aromaticæ parari ſolent hodie, quæ hîc prodeſſe poterunt.

Interea non erunt omittendi clyſteres ad ſolicitandam aluum ſi ſit pigrior, & deturbandam materiam iſtam pituitoſam verſus inteſtina, qualem inter alios probant practici ex vrina pueri impubis & pauco vino albo paratum, in quibus diſſoluunt fermenti ℥ ß. vel hieræ picræ ℥ j. cum pauco melle roſ.

Dum hæc peraguntur, exteriùs admoueri poterunt orificio ventriculi, olei nard. abſynth. de nuce moſcata, de gariophyll. ceratum ſtomach. Gal. & ſimil. vel paretur ſequens.

℞. olei nard. & de abſynthio ana ℥ iij. ſucci menth. & vini optim. ana ℥ ſ. decoquantur ad ſucci conſumptionẽ. Poſtea adde cinam. craſſioris, nuc. muſc. gariophyll. ſeminis coriandr. & alo. ana ʒ ß. puluer. aromat. roſ. ℈ j. cum pauca cera fiat linimentum quo inungatur ventricul. ante ſingulos paſtus: fotus eodem modo fieri poterunt cum ſacculis plenis abſynth. menthæ, maior. cortice citri minutatim inciſo,

Digitized by Google

inciſo,calam.arom.& cinam. craſſiori, quibus vino rubro calente aſperſo, foueatur regio prædicta ſemel aut bis in die. creditur etiam pellis vulturis aut ſtruthiocamel. ſupra ventriculi regionem geſtata, non ſolùm coctionem iuuare, verùm etiam deperditam appetentiam reſtituere, ſed quoniam de his rurſus acturi ſumus cap. de apapſia, huic ideo iam finem imponemus.

De Boulimia & Chynorexia.

Capvt. Tertivm

APpetentia ventriculi orificio inſita quando præter naturam conſtituta eſt, aut non fit omnino vt cæteræ actiones, vel fit imminutę aut deprauatæ, deprauatur autem dupliciter in quanto & quali, vel quia magis appetit, quàm opus ſit ad alimoniam & cum dolore, vel quia quæ non oportet & alendo corpori minimè congrua appetit. abolitam nos prius & imminutam actionem explicuimus: nunc de ea præter naturæ modum aucta, & ſequenti cap. de deprauata ſecundùm qualitatem obiecti acturi: cæterùm multis nominibus auctas iſtas appetentias antiqui donauerunt, omnem enim manifeſtum penuriæ alimenti ſenſum, orexin, Latini appetentiam dixerunt, quæ ſi ſit intenſior & moleſta, ex defectu alimentorum, vt in annonæ penuria, aut per indicta ieiunia, limos fames appellatur, atq; hæ duæ diſpoſitiones intra latitudinem ſanitatis contingunt: natura enim doloris ac ſuctionis iſtius ſenſum vni parti indidit, vt reliquum corpus ali conſeruaríque poſſit: tamen aliquando Hippocr. fa-

mem

mem pro conſtitutione præter naturam ſumpſit, vt aphor. 21. ſect. 2. ex ipſiuſmet Galen. interpretatione: frequentiora tamen nomina ſunt Chynorexia, lycodes, ſeu cynodes orexis, canina fames, lupina appetentia, Phagedæna catachriſticôs libro de definitione medicinę & comm. in 6. epid. boulimos, boulimia, multa ſeu magna fames, barbari vaccinam ſunt interpretati, Boupina apud Polluc. ab efficient. cauſa Limocthonia lib. 3. de diæta, quaſi dicas enecantem famem, quæ nomina tam perplexè & confusè ab authoribus noſtris vſurpantur, vt quamuis Boulimō à Cynorexia diſtinguere voluiſſe videātur, in rei tamen natura explicanda, causíſque illorum aſſignandis, tanta eſt confuſio, vt vix quid ſenſerint ſtatuere poſſis. Nos itaque vitato dubitationum iſtarum Euripo illud breuiter ſtabiliemus de duobus iſtis affectibus quod ad rei veritatem, & medendi vſum magis facere videbitur.

Repetendum itaque ex ſuperioribus, ad appetentiam ſecundùm naturæ leges excitandam, præcedere debere partium inanitionem externarum, earumdem à vicinis tractionem, donec ad orificium ventriculi perueniatur, vbi fit diuulſionis ſenſus, qui debet eſſe adęquatus ſiue proportionatus ipſi tractioni. Duplex itaque vitium exceſſus poteſt in actione iſta contingere vtpote mixta, vnum reſpectu illius naturalis appetentiæ, quando partes inanitæ nimis violenter trahunt à ventriculo, qui ob illam tractionem inſurgit quidē ad appetendum, ſed confeſtim exhauſtis viribus concidit & eneruatur, vt in cardialgiam, animi deliquium & ſyncopen deſinat, hoc igitur vitium peculiariter Boulimon & Boulimiam

& Boulimiam appellamus, quod eleganter quidam ex recentioribus, famem ſine appetitu vocauit: barbari, quod bolo vnico ſaturentur, iſti ægri, Boulimon eſſe dictam, falsò quidem putarunt, linguæ Græcæ ignari, rei tamen naturam ſubindicarunt, quia in iſto affectu, quamuis ingenti fame torqueantur, exiguo tamen aſſumpto cibo ſatiantur, permanente anxietudine & moleſtia. Vnde illum ita deſcribere licet.

Boulimos eſt ſymptoma appetentiæ ventriculi vitiatæ ob ingentem partium inanitionem, earum denique nimiam tractionem, ad quam ſequitur cardiogmos & frequens animi deliquium. Aliud verò vitium, quod in hac actione contingit, eſt ex parte naturalis appetitus ſupra modum aucti, qui inanitioni partium aut ſuctionis magnitudini non reſpõdet, ſed multò plus appetit & ingerit quàm concoqui, & in corpus diſtribui poſſit. vnde ab eodem authore appoſitè vocatur appetitus ſine fame, id eſt, naturali indigentia, à cauſa enim morbifica irritatus ſtomachus, indeſinenter impellitur ad alimenta aſſumenda, more canum aut luporum voraciúmque animantium, vt tanta moleſtia & cruciatus ſedetur, hinc fit, vt cibi nimia quantitate, & nimis frequenter aſſumpti, maneant inconcocti aut aliena quadam qualitate præditi, ſtatímque aut breui interiecta mora per vomitum, aut per ſeceſſum excludantur; vnde famem iſtam caninam ita poſſumus deſcribere.

Chynorexia eſt inſatiabilis & præter naturam ciborũ appetẽtia, cum frequenti vomitu aut deiectione, materię crudę & incoctæ, ob cauſam morbificam

con

continuum diuulſionis ſenſum ſtomacho inferentem: huius affectus naturam depinxiſſe videtur Hippocr. libro de morbis ſub illa ſpecie quā abſumptoriam appellat, non poteſt, inquit, ſeſe continere neque ieiunus neque paſtus, ieiunus enim torquetur & diuulſiones patitur, plenus autem non poteſt quieſcere, ſed denuo vomit bilem, pituitam & ſaliuam multam: ecce veram vt mihi quidem videtur duorum iſtorum affectuum diſtinctionem, quamuis non parum à placitis authorum noſtrorum aliquando diſſentientem: in quorum etiam cauſis aſſignandis veritatis momenta & rei naturam potiùs ſpectabimus quàm authoritatem aut variorum Galeni locorum diſcrepantiam: cùm autem dixerimus boulimiam pendere ab inanitione partium quæ deinceps violenter trahunt & exſugunt ventriculi orificium. Hinc etiam exiſtimamus ea omnia quæ multùm & validè exhaurire poſſunt ſubſtantiam corporis noſtri, aut retentrici imbecillitatem inſignem inferre eſſe cauſas Boulimiæ. Hanc enim potiùs quàm caninam appetentiam (quamuis aliter ſentiat Galen. 6. de locis affectis cap. 3.) ſimilem eſſe putamus diabeti, qui ab inſigni rerum calore aut imbecillitate ſolet excitari, quippe in Boulimo qui rariſſimus eſt affectus, vt diabeticus, oportet eodem modo adeſſe maximum effluuium ſubſtantiæ, potiſſimùm ſpirituoſæ & humoralis ad quam ſequitur illa exolutio & debilitas: vt igitur reſoluantur & debilitentur ſubitò partes, frigus non videtur accommodatum, quamuis enim longa mora aut intenſione partibus necroſim inferre valeat, non tamen ſubſtantiam corporis noſtri digerit

&

& diſſipat violenter, vt inde excitetur Boulimia, quamuis illud innuere videatur Galen. comment. in aphor. 21. ſect. 2. & libro primo de ſympt. cauſis cap. 1. niſi fortè dicas id fieri per accidens, vt narrant de illis qui per niues iter faciunt condenſato nimium ad interiora calore, vnde ventriculi & vicinarum partiū ſubita colliquatio induci poteſt, quam aſſumpto pane aut alio alimento ſtatim ſedare dicuntur. Ruſtici noſtri per vicinos montes iter faciẽtes iſtam famem referunt ad herbam quandam calcatam; quæ lunaria dicitur, cuius vi & proprietate orificium ventriculi ita percelli credunt: viatoribúſque conſulunt, vt aliquid panis aut alterius cibi ſecum ferant, vt poſſint mederi huic moleſtię, qua frequẽter matutinis horis aut ieiuni corripiuntur. Nos itaque dicamus calorem intenſum & in partibus iſtis violenter coërcitum inter præcipuas Boulimiæ cauſas recenſendum, vt in febribus quas vocant colliquatiuas, & in illis quæ ſudores diaphoreticos inferunt. Item poteſt contingere in corporibus humidioribus & delicatis æſtiuo ardori præter morem expoſitis, facta partium ſubita diaphoreſi: præter calorem, etiam ea omnia, quæ violenter primæ & ſecundæ coctionis materiam abſumunt, inter quæ lumbricos potiſſimùm latos recenſet Galen. libro de theriac. ad Piſonem, qui præcipuam cibi partem depaſcendo famem iſtam morboſam inuehere poſſunt, ſic per lienterias, dyſſenterias hepaticas, hæmorrhoid. fluxus & ſimiles vacuationes, ex retentricis imbecillitate ortas, fieri aliquando poteſt, vt partes ſuo genio defraudatæ, violenter à ventriculo trahentes, robur illius exhauriant & famem iſtam

vacci

vaccinam inferant, retentricis autem imbecillitas & vacuationes iſtæ immodicæ varias habent cauſas.

Caninæ autem appetentiæ duas potiſſimùm cauſas protulimus, intemperiem ſcilicet frigidam ſtomachi ſine humore, quam inuexerunt rerum externarum vſus, vt alimenta acidiora, vigiliç intempeſtiuæ, aër frigidior, manſio in aqua. Vnde Hippocr. ſexto epid. aqua vorax, vigilia vorax & ſimilia, quæ diuulſionis ſenſum facere poſſunt in orificio ventriculi: non tamen eouſque proceſſerunt, vt colliquationem in partibus vel mortificationem induxerint. At verò ſi affectus iſte ſit diuturnior & pertinax, tunc pendere ſolet à cauſa materiali, & pertinaciter inhærente tunicis ſtomachi, quæ non tam quantitate, quàm qualitate moleſta ſit ſua frigiditate & aciditate conſtringendo, & perpetuum quaſi ſuctionis ſenſum inferendo: hic autem ſiue ſit melancholicus ſiue pituitoſus humor, colligitur in vētriculo, per cruditates illius inſignes, ex alimentorum vitio aut propria eius intemperie profectas, vel ex aliis partibus deriuatur, vt capite, liene, meſenterio & ſimilibus ſua excrementa eo relegantibus. Sūt qui exiſtimant hunc humorem non tam qualitate manifeſta, ſed etiam occulta quadam proprietate hunc tam horrendum & inſolentem affectum inducere, quod non improbabile.

Signa autem cauſarum & effectuum boulimiæ ex ſuperioribus repetenda, nam calidior intemperies, ab externis per ſe vel per accidens contracta ex illorum præſentia, aut prægreſſa actione, redditur manifeſta, quæ vero ſequitur febriles ardores &

colliquationes partium, ex ipſius febris natura dignoſcitur, corporis macie, virium collapſu, vrinis aut deiectionibus pinguedine quadam refertis.

Quando autem fit à lumbricis chyloſam materiam abſumentibus, ſigna adſunt vermium, ventris morſus, ſtomachi quædam palpitatio, horrores, ſtridores dentium & ſimilia ſuo capite deſcribenda, inter quæ Ariſtoteles 5. de hiſtoria animalium lati illius & longiſſimi lumbrici ſignum eſſe vult deiectiones cucurbitulæ aut melonum ſemini ſimillimas Si verò ſequatur vtilis cuiuſdam materiæ vacuationẽ, vt chyli aut ſanguinis ex retẽtricis imbecillitate, id agnoſcendum ex rebus naturalibus, non naturalibus & præter naturam, à quibus oriuntur.

Quod ad ſigna autem caninæ appetentiæ, ſi à cauſis procatharticis pendeat facilè dignoſcentur ex præſenti illarum ſtatu, vel ægri autaſtantium relatu. ſi autem interiorem habeat cauſam humoralem, in ventriculo collectam, aut aliunde deriuatam, percipietur etiam ex ſapore oris alieno, halitu fœtente, ructibus acidis, & deprauata coctione quam ſequitur vomitus aut deiectio, crudæ & aquoſæ materiæ, quæ naturam ſuam detegit & repræſentat.

Ex quibus prognoſim horum affectuum ſtabilire licet, nimirum boulimiam & caninam appetentiam, quæ à cauſis externis pendent parum periculi inferre, ſi illæ cito tollantur, aut immutentur, priuſquam firmam in corpore diſpoſitionem induxerint: quin etiam boulimon à lumbricis excitatum illis fugatis aut enecatis vt plurimum quieſcere. qui verò ſequitur ingentes conſumptiones aut colliquationes corporis, vel vacuationes immodicas ex retentricis imbecil

becillitate,cum ægri interitu terminari, præcipuè ſi ingeſto alimento & adhuc pleno ventriculo deficiant & linquantur animo,quoniam ea à quibus maximè leuari debent inutilia exiſtunt, propter ſummam partium & ipſius ventriculi atoniam. Eodem modo canina appetentia cum vomitu aut crebra deiectione perſeuerans periculoſa eſſe ſolet,non tam ratione ſui quàm aliarum diſpoſitionum quæ conſequuntur,vt cachexię,hydropes,lenterię, marcores & ſimil.corrupta nimirum triplici corporis coctione,ſupereſt igitur tantorum affectuum therapiæ diligenter incumbamus.

Therapia ſeu Curatio Boulimiæ.

BOVLIMIAM à lumbricis excitam curare nihil eſt aliud,quàm lumbricos ipſos enecare & expellere,vt iam dictum eſt ,qualem nuper vidimus ſex cubitorum longitudine per fruſta excretum cum integra ægrotantis leuatione:ea verò quæ conſequitur magnas vacuationes vtilis materiæ illud expetit,vt in principio his cauſis diligenter proſpiciatur, quoniam inualeſcente affectu mortem in propinquo adeſſe certum eſt:idem dicas de ſyntecticis & diaphoreticis febribus , omnique calore violenter abſorbente triplicem corporis noſtri ſubſtantiam,quando iam eſt valdè progreſſus , ſi quid tamen in hoc tam graui tàmque difficili affectu tẽtandum ſit,cùm ſumma ſit inanitio , partium conſumptio,& ventriculi imbecillitas,patet indicari repletionem,reſtaurationem & corroboratione victu

potiſſimùm analeptico, & medicamentis alterantibus viréſque confirmantibus, proinde genus omne alimentorum boni ſucci & facilis coctionis erit eligendum, ſub forma liquida & ſorbili, vt citò & commode reparetur ſubſtantia deperdita; talia ſunt iuſcula, conſummata, panatellæ cum vitellis ouorum, oua tremula, gelatinæ, inſtaurantia, ſucci ex delicatis & ſemicoctis carnibus expreſſi, cremor hord. lac amygdal. dulc. cum multo ſaccharo paratum. Quod ſi caloris in ſtomacho excedentis aut reliquo corpore adſit vehementia, prædictis cibis inſpergantur ſucci acetoſ. vuarum acerbarum limon. arant. granat. & ſimil. vt talis intemperies corrigatur: panem etiam vino diluto odorifero infuſum ſæpè exhibebis, quo mirè recreatur ventriculus & vires reſtaurantur: quin etiam Trall. meracum vinum concedi vult aliquando contra expreſſam Auicennæ ſententiam, de ſymptomate potiùs nempe ſyncope, quàm de morbo aut eius cauſa ſollicitus. Item in mirobalanis aut nucibus ſaccharo conditis cortice citri ſaccharato, & aliis aromaticis exhibendis videndum erit ne dum ſtomacho roborando ſtudemus nimiùm intemperiem calidam augeamus: ſi vis fruſtum myrobal. conditi tundatur in mortario marmoreo cum piſtillo ligneo, diluatur aqua roſ. & ſucco granatorum, capiat frequenter ex cochleari, pyra etiam, poma & cydonia mala ſub cineribus cocta, & ſaccharo aſperſa, vel cum aqua & pauco vino decocta addendo ſacch. q. ſ. multum prodeſſe poterunt, & ea quæ ad hecticos & maraſmo affectos parari ſolent. Neque erunt etiam negligendæ res aliæ externæ, vtpote vitanda diligenter omnis

nis

nis aëris inclementia, quæ in hoc affectu promouendò ſola multùm poteſt: exercitationes etiam & labores fugiendi, ne per motum augeatur iſta ventriculi diuulſio & reſolutio; animi paſſiones arcendæ, ne exagitent ſpiritus, ſomno potiùs quàm vigiliis indulgendum, & omnis vacuatio niſi excrementorum communium quantum fieri poterit impedienda, laudantur à nonnullis pulli columbini aſſati ieiuno dari, ex Mercur.

Quod ad reliqua remedia, neque phlebotomia, neque catharſis poſſunt eſſe hîc ex vſu, quoniam iſte affectus oritur, vt ſupra demonſtrauimus ex inanitjone partium & inſigni diuulſione ſtomachi; ſolis iſtorum alterantibus & roborantibus agendum, caliditatem, ſi adhuc præſens fuerit, corrigentibus, qualia ſuperiùs multa propoſita fuerunt. ſi vis paretur talis ſyrupus.

℞. ſucci pomorum redolent, & granat. acid. ana ℔. j ſucci granorum chermes ℥ ij. aq. roſ. & card. bened. ana ℔. ſ. ſacchari albiſſimi q. ſ. decoquantur in formam iulepi & aromatizentur pauco ſantalo rubro, capiat bis aut ter in die ad ℥ iij. vel iiij. aut paretur ſequens decoctio.

℞. rad acetoſ. ℥ ij. foliorum. card. bened. borrag. porrul. ſuccis, ſeu morb. diabol. & lact. ana m. j. ſeminis coriandri & berber. ana ʒ ij. florum nymph. cichorij & roſarum rubr. ana p. j. fiat decoctio in aqua font. ad ℔. ij. adde ſub finem vini albiſſ. quart. j. colatura mittatur & in manicam Hippoc. cum pauco ſaccharo & ſantalo citrino, paretur bochetum pro potu ordinario, ſumat etiam tabellam j. ex ſequenti deſcriptione,

Digitized by Google

℞.conſeruæ roſ.& florum cichorij & borrag. añ ℥ ij. confect.alchermes ℥ j.ſ.puluer, elect. de gemmis & diambr.ſantali vtriuſque añ.℈ j.ſacchari aq. roſ.diſſoluti q.ſ.fiat tabellæ deauratæ ponder. ℥ ij quibus vtatur, vt dictum eſt.

Interea non erunt omittenda externa,quæ roborant abſque calefactione, & aſtringunt: inungatur itaque ſtomachus oleo myrthino aut lentiſc.deinde ſinapizetur puluere granorum cherm. aut ſantalorum,probantur etiam in hoc caſu clyſteres analeptici ex iuſculis & conſummatis,cremore hordei aut lacte amygdalarum dulc.cum ſacch. & vitell.ouorũ ſæpe iniiciẽdi,& diu retinẽdi,& recreatis hoc modo inteſtinis & venis meſaraicis minùs violenter trahent ab ipſo ventriculo. Quoniam verò animalis appetentiæ robur pendet ex bona cerebri conſtitutione,quod hîc in ſympathiam etiam trahitur,ideo reſtaurandi ſpiritus iis quæ ſuauem halitum ſpirant, vt odore vini generoſi,carnium aſſatarũ, aq.roſ.aſperſarum,fumo panis calentis aq.arant.irrorati, vel diſſol.in ℥ iij.aq.roſ.& citrang.gran.aliquod moſc.& ſantal.citrin.calefiant leuiter in ampulla & apponantur naribus ſpongiolæ aut linteol. aq. etiam angeli ad id valde conducit inſperſa temporibus,volis manuum & plantis pedum,vt & confect. alcherm. puluis diambr.& ſimil.

Quod ſi æger in lipothymiam,aut perfectam ſyncopen labatur, excitandus omni arte, aſperſione aquæ ſupra faciem,ligaturis,vellicatione pilorum & ſimilibus,quibus huiuſmodi exinaniti excitari ſolẽt, niſi iam morti pxoximi ſint,atque hæc de Boulimia.

Thera

Therapia ſeu Curatio caninæ appetentiæ.

Chynorexias cauſæ conſuetæ ſunt intẽperies frigidæ ſine materia, quæ vehementes appetentias excitare ſolent, ſuctionis ordinariæ ſenſum longè ſuperantes: & frigiditas cum humore acido coniuncta, quæ præter appetentiæ exceſſum, concoctricem etiam ac retentricem ventriculi labefactat, vnde apud Galen. ſecundo artis parū. ventricul. frigidior etiam in latitudine ſanitatis plus appetit, quàm concoquere valeat. Curatio igitur ſimplicis intemperiei facilè intelligetur ex curatione humoralis, in qua proponitur vacuatio, alteratio & corroboratio, per diætam ſcilicet & pharmaciam. Inſtituenda igitur victus ratio humoris generationi & illius qualitatibus oppoſita, propterea vitet aëris frigidioris occurſum, ſomno & vigiliæ per interualla indulgeat, moderatè exerceatur, vel fricetur matutinis horis: ad iſtos humores & cruditates diſſipandas, animum reuocet à patinis, & cogitatione ciborum quantum poterit, fugiat omnem ingluuiem & nimiam ſaturitatem, quia cibis diſtentus ventriculus minùs coquit, & ad expellendum magis incitatur. Eligantur cibi modicè calfacientes & exſiccantes, vt panis bene fermentatus & aniſatus, carnes euchymæ & facilis coctionis, aſſæ potiùs quàm elixæ, vinū rubrum & generoſum, ſatis meracum, quod ſolum orexin iſtam ſedare valeat ex aphor. 51. ſect. 2. ſumat poſtrema menſa, ſemen anyſi & coriandri ſaccharo incruſtatum, vitet omnia olera, auſtera, acida, ſalſa &

acria quia appetitum acuũt,niſi aliquando ad deterſionem humoris ſtomacho inhærentis,pauca quantitate & ſub morbi declinationem vſurpentur. Aromatum etiam vſus hîc commendatur, cum condimentis dulcibus & ſaccharatis,ſi ægrotanti arrideãt; omnia etiam edulia actu calida exhibeantur, atque hæc diæta ſic inſtituitur ratione morbi aut cauſæ; quod ſi ſymptoma magis quàm illa vrgere videatus,ſolent practici ad ſedandam hanc appetitus rabiem,præſcribere craſſa,pinguia,oleoſa & viſcoſa, vt carnem ſuillam aut aprinam pinguiorem, artocreata,medullas,cerebella,inteſtina & extremitates animalium ex eiſque paratas gelatiuas, anguillas cum porris & pauco croco paratas, murenas & ſimiles piſces glutinoſam carnem habentes; bulbos, tubera,pultes,orizam cum lacte aut iure pingui coctam,nucleos pini,amygdalas cum melle coctas,panem butyro aut oleo dulci illitum,& ſimilia quæ citò implere & ſaturare poſſunt. cum quibus exhibeatur potandum vinum nigrum aut flauum, aliquando etiam muſcatellinum,vel Hippocraticum: ſic enim humoris vellicantis ferocitas, illiúſque frigiditas corrigitur.miræ ſunt curationes Villanouani in hoc affectu,infuſum, inquit, panem calentem in amurca olei comedendum ægro præbuit,deinde vinum dulce craſſiúſque bibendum.Mulier verò quædam liquatum bouis adipem ad ℔ j.cum pari olei calentis quantitate miſcuit & duabus vicibus aſſumpſit,in tantum vterque cibi faſtidium inciderunt,vt nihil per quinque dies comederint, & à priori affectu liberati ſint:hæc licebit in extremo vitæ periculo experiri. placet etiã illud quod à Rõdel. affertur quòdque

quódque multi iter facientes vſurpare ſolent, conſtringendum ſcilicet eſſe ventrem arctiſſimè faſcia quadam lata, ſic enim contractus ventriculus ſuctionem minus ſentiet, faciliùs pauco implebitur cibo, nec tam liberè ad vomentum concitabitur.

Quod ad remedia verò attinet, vacuatio prius molienda huius cacochymiæ, tam coniunctæ quàm antecedentis; ad hanc rem aptior erit forma ſicca cathartici, liquida; quia nec tam facilè vomitu excluditur, nec tantùm implet ventriculi ſpatium, idcirco reiterentur frequenter donec ceſſauerit affectus in formam boli & pilulæ vt.

℞. confect. hier. & diaphœn. ana ʒ ij. diacarth. ʒ j. rhabarb. puluериſ. ℈ j. cum ſacch. fiat bolus, detur horis matut. pilulę verò ita præſcribentur.

℞. maſſ. pilularum aggregat. ℥ ß. agarici recens trochiſ. ʒ j. rhab. puluериſ. & vino irrorati ʒ ß. zinzib. nuc. moſc. maſtich. & diagridij ana ℈ j. ſalis gemmei ℈ ß. excipiantur ſyrup. roſ. ſolut. vel de abſynth. fiat maſſa pilul. de cuius ʒ *j.* formentur pilulæ vj. molliores cum pauc. aqu. card. bened. capiat ſummo mane quando liberalius purgare volueris, vel dentur duæ tantùm deauratæ hora vna ante cœnam, vt ſenſim blandè humor iſte educatur: quin præparari poterit ſumpto vino aut ſyrup. abſynth. Quamuis enim videatur appetentiam irritare, prodeſt tamen multùm materiam præparando coctionémque & retentionem iuuando. Item ſyrup. de mentha cum pauca aq. imperiali diſſoluto, oximel. ſtillit. & ſimiles, prout res ipſa expetere videbitur. Eadem ratione roborandus ventricul. ſumptis & admotis, capiat ergo ſæpius theriacæ antiqu. mithridat.

Digitized by Google

opiatæ ſolom. dictæ vel aur. alexandr. ʒ j. quas vt ſint gratiores miſcere poſſumus cum ʒ ij. conſeruæ anth. florum ſalu. aut roſar. rubr. ſi vomitus magis vrgere videatur: tabellæ diamoſchi diambræ & pliris arcot. erunt hîc vtiliſſimæ quauis hora ſumptæ, vel eorundem electuariorum puluis ad ʒ ß. cum vino Hippocr. aut iuſculo conſummato exhibitus. ſũt qui laudant in hoc affectu ambr. griſ. ad gr. v. vel vj. cum ouo ſorbili propinatam, quaſi ex proprietate: admoueatur exteriùs ventriculo ídque frequenter poſt ſumptum cibum ingens cucurbita cum multa flamma, & ibi per integram horam relinquatur, donec vomendi appetitus conquieuerit, fiant fotus roborantes & calefacientes, fiant emplaſtra ex aromat. confecta, pipere, garyophill. zinzibere. cinam. maſtich. & croco, ſunt etiam qui vtiliter addunt ſemina, ſinapi parum, pice noua & thereb. exceptis deinde ſupra pannum rubeum ſcarlat. ſunt qui exteriùs illinunt ſeuum ſuillum aut adipem anſerinum donec cruſtam fecerint, ſic enim putant deiici poſſe iſtius appetentiæ ferociam: alij ad narcotica vſque deueniunt tam ſumpta quàm admota.

De Pica, ſeu Malacia.

CAPVT QVARTVM.

DEPRAVATVR appetentia, aut in quanto vel in quali, immoderatæ appetentiæ à nobis ſuperiùs explicatæ, quantitatis exceſſum reſpiciunt: vbi

vbi verò nõ qualia oportet corpori noſtro congrua & cóſocialia,ſed abſurda, inutilia appetuntur,atque etiam noxia, tunc exoritur aliud vitium,quod veteres Ciſſam i. picam & malaciam vocarunt, quidam ab hœderæ ſimilitudine,quæ Græcis Ciſſos appellatur,dictum putant, quoniam vt illa quibuſuis plantis aut parietibus implicatur, ſic etiam hoc morbo laborantes,in varios & diſcrepantes cibos feruntur: alij à picaaue ,aut ob varietatem coloris quo donata eſt, vel quia terræ globos eſitat, & vario ciborum genere delectatur, malaciam verò ſeu mollitiem & defectionem dixere cum Plinio, quia mulieres hoc affectu detentæ, præ animi impotentia & mollitie deficiunt à recto & naturali alimentorum appetitu,quidquid ſit pica à nobis ita deſcribatur.

Pica eſt ſymptoma deprauatæ appetentiæ ventriculi, ob prauos & certo modo corruptos humores illius temperiem labefactantes.

Partem enim hîc affectam nemo dubitat eſſe orificium ventriculi, veram appetentiæ animalis ſedem, quamuis cauſa illius morbifica in toto ventriculo,vt per magnas cacochymias, contineri poſſit, vnde vomitus & alui fluxus,ſæpè illi complicantur. Intemperies ergo huius actionis læſæ proxima eſt cauſa,non ſimplex,ſed cum prauis humoribus coniuncta,qui in ventriculo, ob læſam eius coctionem, colliguntur vel aliunde deriuantur. Etenim naturæ melancholicæ aut pituitoſæ,item plethoricæ aut putredinibus obnoxiæ,ciborum vitiatorum vſus,ſuppreſſa aliqua vacuatio naturalis, vel iam conſueta, animi mœrores,hepatis intemperies, lienis obſtructiones & imbecillitates,vteri affectus varij, capitis fluxio

opiatæ ſolom. dictæ vel aur. alexandr. ʒ j. quas vt ſint gratiores miſcere poſſumus cum ʒ ij. conſeruæ anth.florum ſalu. aut roſar. rubr. ſi vomitus magis vrgere videatur: tabellæ diamoſchi diambræ & pliris arcot.erunt hîc vtiliſſimæ quauis hora ſumptæ, vel eorundem electuariorum puluis ad ʒ ß.cum vino Hippocr.aut iuſculo conſummato exhibitus.ſũt qui laudant in hoc affectu ambr.griſ.ad gr.v.vel vj. cum ouo ſorbili propinatam, quaſi ex proprietate: admoueatur exteriùs ventriculo ídque frequenter poſt ſumptum cibum ingens cucurbita cum multa flamma,& ibi per integram horam relinquatur, donec vomendi appetitus conquieuerit,fiant fotus roborantes & calefacientes,fiant emplaſtra ex aromat.confecta,pipere, garyophill. zinzibere. cinam. maſtich & croco,ſunt etiam qui vtiliter addunt ſemina, ſinapi parum, pice noua & thereb. exceptis deinde ſupra pannum rubeum ſcarlat. ſunt qui exteriùs illinunt ſeuum ſuillum aut adipem anſerinum donec cruſtam fecerint, ſic enim putant deiici poſſe iſtius appetentiæ ferociam : alij ad narcotica vſque deueniunt tam ſumpta quàm admota.

De Pica, ſeu Malacia.

CAPVT QVARTVM.

DEPRAVATVR appetentia, aut in quanto vel in quali, immoderatæ appetentiæ à nobis ſuperiùs explicatæ, quantitatis exceſſum reſpiciunt: vbi

vbi verò nõ qualia oportet corpori noſtro congrua & cõſocialia,ſed abſurda, inutilia appetuntur,atque etiam noxia, tunc exoritur aliud vitium,quod veteres Ciſſam i. picam & malaciam vocarunt, quidam ab hœderæ ſimilitudine,quæ Græcis Ciſſos appellatur,dictum putant, quoniam vt illa quibuſuis plantis aut parietibus implicatur, ſic etiam hoc morbo laborantes,in varios & diſcrepantes cibos feruntur: alij à picaaue, aut ob varietatem coloris quo donata eſt, vel quia terræ globos eſitat, & vario ciborum genere delectatur, malaciam verò ſeu mollitiem & defectionem dixere cum Plinio, quia mulieres hoc affectu detentæ, præ animi impotentia & mollitie deficiunt à recto & naturali alimentorum appetitu,quidquid ſit pica à nobis ita deſcribatur.

Pica eſt ſymptoma deprauatæ appetentiæ ventriculi, ob prauos & certo modo corruptos humores illius temperiem labefactantes.

Partem enim hîc affectam nemo dubitat eſſe orificium ventriculi, veram appetentiæ animalis ſedem, quamuis cauſa illius morbifica in toto ventriculo,vt per magnas cacochymias, contineri poſſit, vnde vomitus & alui fluxus,ſæpè illi complicantur. Intemperies ergo huius actionis læſæ proxima eſt cauſa,non ſimplex,ſed cum prauis humoribus coniuncta,qui in ventriculo, ob læſam eius coctionem, colliguntur vel aliunde deriuantur. Etenim naturæ melancholicæ aut pituitoſæ,item plethoricæ aut putredinibus obnoxiæ,ciborum vitiatorum vſus,ſuppreſſa aliqua vacuatio naturalis, vel iam conſueta, animi mœrores,hepatis intemperies, lienis obſtructiones & imbecillitates,vteri affectus varij, capitis

fluxio

fluxiones & ſimilia vitioſis iſtis excrementis ortum ſæpius dederunt, quæ non ſunt vniuſmodi & conſimilis naturæ, ſed diuerſæ admodum, crudorum ſcilicet incoctorum, aut valde vſtorum, & ſupra ſanguinis aliorúmque humorum naturalium gradum poſitorum, vnde qui malacia laborant, alij acerbis, acidis & auſteris delectantur, magnámque virentium adhuc fructuum & immaturorum, carnium crudarum, omphacij, aceti, ſucci limonum, aq. frig. niuis, glaciei, & ſimilium copiam vorant. Alij exuſta, terrea & admodum ſicca expetunt, ſeſéque ingurgitant, ſale, aromatibus, carbonibus, pane torrefacto, cineribus, puluere tritici, gypſo ex parietibus deraſo, nec non aliquando calce viua & aliis abſurdiſſimis rebus, huius rei meminit Hippocr. lib.2. prorhet. quibus calores, inquit, dum iuuenes ſunt, praui exiſtunt ad multum tempus & continenter, non tamen icteri modo, hi, ſiue viri ſint ſiue mulieres capite dolent, lapides & terram comedunt; & in coacis, rerum illarum appetitus ſanguinis phthoran ſignificat, quaſi dicas, certum quoddam corruptelæ vitium in humoribus, qualitate potiùs quàm quantitate noxiis, vnde hic affectus, virginibus ſi menſtrua diutiùs ſuppreſſa fuerint, grauidíſque mulieribus ad 4. vſque menſem familiaris eſſe ſolet, donec grandior fœtus, magnam humorum copiam abſumere incipiat, & ipſa mater crebris vomitionibus iſtam illuuiem excluſerit. Pueri eodem modo ſæpe detinentur hoc affectu ob voracitatem, potiſſimùm illi qui lumbricis ſunt obnoxij, & viri etiã quibus diuturnior hæmorrhoidũ fluxus aut cõſuetus vomitus ſuppreſſus eſt. Verùm exoritur

tur hîc quæſtio, ad diagnoſim & therapiam pertinens, cùm enim dixerimus malacia laborantes non ad eoſdem cibos ferri, ſed admodum diuerſos, ſciendum vtrùm ſimiles humori in ventriculo dominanti, an verò contrarios appetant? Gal. lib. 1. artis paru. ſcribit, intemperies ventriculi naturales quæ ſcilicet ſunt adhuc intra ſanitatis latitudinem, ſimilia appetere: malas verò & ſanitatis limites excedentes, contraria: Fernel. lib. 6. patho. Quoties, inquit, orificium ventriculi vitioſo quodam humore oblinitur, non longa conſuetudine, ſimilia etiam vitioſa expetuntur, cùm verò ingens & iam omnino morboſum vitium ineſt, contrariorum appetitus vrget. Nos autem exiſtimamus, ſimilia humori in ſtomacho deliteſcenti appeti, non contraria; experientia & rationibus nixi, ſi quis enim quotidianum rerum euentum conſulat, reperiet plerumque virgines iſtas, grauidas, pueros, viróſque malacia iſta detentos ad ea ferri quæ ſymbolum habent & cognationem cum præſentis corporis cacochymia, eos quidem in quibus vſti & ſalſi adſunt humores, expetere carbones, ſalem & ſimilia, quibus verò melancholia aut pituita acidior dominatur, acetum, fructus immaturos & ſimilia: experientiæ ratio auxiliatur. Cùm enim hic appetitus non fiat ſine concurſu phantaſiæ, quæ recipit obiectum pro modo conſtitutionis præſentis veriſimile eſt dominantem humorem in hoc affectu phantaſiam commouere ad appetendum, hic autem humor obiectum ſibi ſimile, nó diſſimile imprimit: vt enim bilioſi ſiue ſani, ſiue ægri, in ſomniis ignis ſplendorẽ & ſimilia conſpiciunt, pituitoſi verò flumina & montes, niue aut

glacie

glacie rigentes,ex vi humoris intus latitantis;eadem ratione putandum eſt,per vigilias,affecta ſede appetentiæ,humore aliquo vitioſo iamdiu ibi ſubſiſtēte, commoueri imaginationem ad rei ſymbolæ, quantumuis abſurdæ deſiderium:præterea cùm hîc appetentia ſit deprauata non poteſt contrarium appetere quaſi correctorium quoddam, ſicuti bene & ritè conſtituta; ſed potiùs ob læſionem ſympathicam primi ſenſorij,& intemperiem ſedis affectæ,id appetere,quod ipſa ratio alienum & abſurdum eſſe indicat. Adde quòd ſi contraria appeterent, continuò eorum vſu tandē corrigeretur vitioſi humoris prouentus. Contrarium verò accidit. Quod ſi verum eſſet,vt vult Gal,morboſas conſtitutiones contraria appere, ehomines morboſi conualeſcentes & reliqui cacochymia laborantes, euchymos cibos expeterent:quod tamen falſum eſſe experientia demonſtrat : ſæpe enim cogimur prauos cibos, ægrotis & conualeſcentibus expetitos, & optimis magis gratos,ex Hippocr. conſilio concedere.

Quod ſi aliquis obiiciet per febres & intemperies calidas non calidum ſed frigidum expeti alimentum.Reſpond.idem contingere per conſtitutiones ſanas;nam qui ſanus alget,calore recreatur, qui incaluit refrigerationem quærit atque ideo cenſemus duplicem eſſe inſtituendam ſimilitudinem, vnam quidem quæ ad qualitatem refertur,aliam verò quæ ad ſubſtantiam & ſubſtantiæ modum, eam quæ eſt ad ſimplices qualitates, vbi primùm factus eſt exceſſus,contrarij appetitum inducere, etiam in ſtatu ſano,quo corrigatur, quæ verò refertur ad ſimilitudinem ſubſtantiæ, ſiue ſecundùm naturam

ſiue

ſiue præter naturam ſit,ſimilium appetentiam inducere, quandoquidem deperdita ſubſtantia repletionem ſuadet, quæ rebus illis perficitur, quæcumque parem aut etiam ſimilem ſubſtantiæ modum aut mixtionem nactæ ſunt, quia tamen ea quæ per ſtatum naturalem expetuntur,faceſſunt in vtilem corporis noſtri alimoniam,ideo naturalia reſpectu finis & veræ nutritionis propriè dici merentur; quæ verò per morboſum ſtatum, alendo minùs ſunt commoda ideo contraria quodammodo appellari poſſunt, atque ita fortaſſis per hanc diſtinctionem nobiſcum conciliari poterit Gal.

Quod ad diagnoſim, manifeſtiſſimum eſt orificium ventriculi.hîc potiſſimùm affici, ſiue per idiopathiam,quando ſcilicet intemperatus ventriculus deprauatè coquit:ſiue per ſympathiam,quando materiam aliquam aliunde ſuſcipit, propter quam in conſenſum rapitur cum parte primariò affecta,cuius notitiam ex propriis ſignis conſequi oportet. Eadem ratione affectus ipſius natura cognoſcetur ex proprio atque peculiari huius actionis vitio.ſi enim appetent carbones,ſalem & ſimil.colligemus ex fundamento iam à nobis propoſito, intemperiem iſtam pendere ab exuſtis ſalſiſque humoribus: contra ſi acida,auſtera & acerba expetant, dependere à crudis & frigidioribus ſuccis, vt pituitoſis & melancholicis,certa quadam corruptela & vitio præditis.Quod ſi portio quædam talis humoris vomitu aut ſeceſſu excludatur,ſi ructibus acidis aut nidoroſis infeſtentur ſaporem oris amarum ſalſum aut acidum, odorem fœdum aut aliena qualitate infectum perſentiant, ſimiliter dignoſces à quo humore in

intemperies iſta proficiſcatur. Præterea ſi grauida ſit mulier, vel virgo cui diu ſuppreſſa ſint menſtrua, aut vir cui conſuetæ hæmorrhoides non fluāt pro vario illorum temperamento, viuendi genere, aëris conſtitutione, aliiſque circumſtantiis colliges naturam praui iſtius ſucci.

Quod ad prognoſim, patet affectum hunc eſſe ex eorum genere quæ inter Cronica pathea diuturnoſque morbos reponuntur, & rarò lethalem eſſe; excluſo enim humore illo morbifico, crebris vomitionibus ſolet vt plurimum deſinere, aut renouatis illis vacuationibus naturalibus, quibus ægri iſti ſunt aſſueti, mutatóque viuendi genere, quod ſi negligatur, crudeliſſimos morbos acceſſit: vitiata enim prima coctione, neceſſarium eſt ſecundam & tertiam corrumpi, vnde ingētes viſcerum obſtructiones, decolorationes, cachexiæ, hydrops, leucophlegmatia, vel etiam ſi humor anaropos fiat & ſuperiora inuadat, inducit cardialgias inſignes, quibus multas grauidas, ſuccedente graui ſyncope & lipothymia ſublatas vidimus, magnum eſt ſanitatis proximæ ſignū cùm iam dominari poſſunt huic affectui, & non inuitæ bonis & laudabilibus alimentis vtuntur: grauidis autem malacia deſinere ſolet vt plurimum circa 4. menſem, ob prædictas cauſas: quod ſi vlterius progrediatur, non ſolùm embrioni, ſed etiam matri malum portendit, ſignificatur enim impreſſam eſſe altiùs hanc intemperiem, propter quam prægnantes in horrendos iſtos appetitus incidunt, vnde ſequitur maxima totius corporis & animi perturbatio, vt conſequantur illud quod appetunt, quod ſi eo priuentur, magis ac magis torquentur, ſi verò eo potiri

potiri poſſunt,propter rei appetitæ vel malignitatem vel abſurditatem in aborſus periculum ſeſe coniiciunt.cùm ergo hic affectus non ſolùm indiuiduo,ſed etiam ſpeciei propagādæ valde ſit noxius, videamus nunc qua ratione illum propulſare poſſimus.

Quod ad curationem.Imprimis alimentorum ratio eſt habenda,ægríque increpandi & deterrendi à prauis iſtis rebus,quantumuis expetitis ,propoſito periculo quod ad iſtorum vſum ſubſequi ſolet , nec non ſi pueri ſint flagris aliquando coërcendi:in grauidis verò metu aborſus,cogimur aliquando illis expetita concedere,præcipuè circa tempus parturitionis,ſed tamen hoc fieri debet parca manu vt tantùm animi perturbatio ſedetur. vtantur itaque euchymis alimentis quæ ſua ſubſtantia præſentem hanc cacochymiam corrigere poſſunt, calfaciētibus ſi frigida videatur intemperies:aut moderatè refrigerātibus,ſi calor fuerit coniunctus : detergentibus etiā leuiter,vt cremore hord.auenato decocto cicerum rubrorum cum pauco petroſel.cappatibus & oliuis muria conditis,nec non conſtringentibus & roborantibus ventriculum,vt cydoniato,pyris ſub cineribus coctis & ſacchar. roſ. aſperſis , malis punicis, paſſulis & ſimilibus,veteres practici ad omnem picam imperant vt ſingul. diebus manè aliquot amygdalę amarę concedantur.Ætius etiam putat eriuacei recentem & bene coctam carnem plurimum conferre.Item amylum cum optimo iure paratum illis prodeſſe peculiariter,qui terram appetunt. Quod ad potum vtantur vino puro & odorifero vel decocto cinnamomi & coriandri : vitanda omnis ſa-

Digitized by Google

tietas & ingluuies potiſſimùm ciborum dulcium aut pinguium, quia ſunt faſtidioſi valde, & facilè corrumpuntur, indulgeant ſomno & mediocriter exerceantur & animum alicui rei ſeriæ aut iocoſæ intendant. ſic enim occupata mens, faciliùs ab huiuſmodi appetitu deprauato auertitur.

Quod ad remedia attinet, ſi quidem alterius partis morbus, huic affectui originem dederit. Imprimis illi proſpiciendum, & vacuationes quæcunque ſolitæ, ſi ſuppreſſæ fuerint, renouandæ, niſi fortè in grauidis, quæ ad aborſum ſunt procliuiores: alteratio & vacuatio huius humoris peccantis, perficienda internis externíſque remediorum formulis, pro natura intemperiei, quæ copioſè in ſuperioribus capitibus tradita fuit. blandis enim vomitoriis, benignis catharticis frequenter repetitis excludendus eſt humor, potiſſimùm in prægnantibus, aliquando paulò validioribus agi poterit: parentur igitur apozemata aut ſyrup. magiſt. vel opiat. pilul. ex quinque generibus mirobal. vel paretur ſequens opiata in humoribus aduſtis.

℞. cathol. fideliter diſpenſati ℥ ij. elect. de citro ſolut. ℥ j. foliorum ſennæ mund. diaprun. & diaſenn. lax. ana ℥ ſ. rhab. elect. & pauco vino irrorati ʒ ij. tartari vini albi quod ex proprietate conferre videtur ʒ j. puluer. elect. aromat. roſ. & diambr. ana ℈ j. cum ſyrup. de flor. perſicis ſi haberi poſſint vel roſ. ſolut. fiat opiata de qua capiat ℥ ß in formam boli cum pauco ſacchar. vel diſſol. cum decocto cicerum rubrorum, in virginibus quibus præſertim menſes ſubſtiterunt, repetatur ſingulis ſeptimanis,

die

diebus verò interiectis ſumant tabellam j.arom. roſ. vel ſyrup.de abſynth. pont. cochlearia aliquot. Arabes probant in hoc affectu ſcoriam ferri. Nos verò frequentius limatura chalybis vtimur,quæ tamen in grauidis non erunt tuta,quia detergendi & aperiendi vi ſunt prædita: in aliis verò poſt purgationem ſic paretur.

℞. ſcoriæ ferri aut limaturæ chalybis diligenter pulueriſ. ʒ j.cinnam.elect. puluer. elect. diarrho.abbatis ana ℈ j. ſacch. albiſſ. ʒ ij. fiat omnium puluis capiat ʒ j. manè cum pauco vino alb. communi aut abſynth.Deinde diu ambulet continuando per 5.aut 6.dies. alij ita parant.

℞. ſcor. ferri puluerif. & aceto albo ſæpius extinctæ ℥ ß.myrobal. omnium ana ʒ iij. capul. gland. ʒ ij paſſul. ℥ j. decoq. in ℔ ij. aqu. font. adde parum vini albi,ſub finem, vtantur ad ℥ iiij. manè per aliquot dies vbi factæ fuerint purgationes. Valeſius noſter inſignis practicus probat inter alia, puluer. cardam. vtriuſque & cubebarum, addendo duplum ſacchari ſi manè ſumatur cum pauco iuſcul. ad ʒ j. quod mihi tantùm probatur quando intemperies frigida coniuncta fuerit:quidam grauidis admodum malacia infeſtatis præſcribunt ſequentem puluerem.

℞. puluer. diambr. elect. & diamarg. frig. ana ʒ ß. limaturæ chalyb. conuenienter præpar. & tartar. vini albi ana ℈ j. florum ſambuc. ſic. ℈ ß. reducantur in puluerem,capiat cum pauco vino abſynthino ad ℈ j. manè : quæ omnia præſentis medici ingenio moderanda reliquimus, vt vnct. fot. emplaſt. & ſimilia externa tum roborantia tum

alterantia, ventriculo admouenda, quæ ex ſuperioribus facilè erit repetere, nunc ad alia transſeamus.

DE SITI MORBOSA.

CAPVT QVINTVM.

EX triplici humanum corpus conſtare ſubſtantia ſpirituoſa ſcilicet humorali & ſolida docuit Hippocr. ſpirituoſam præterea inſtaurari aëris reſpiratione ac benigno ſanguinis halitu certiſſimum eſt: humoralem verò & ſolidam aſſumptis alimentis refici, potu humoralem magis, cibo autem ſolidam, quamuis ex vtriſque reſtaurationem aliquam ſuſcipiat vtraque: ideo natura duplicem inſeruit ſtomacho vim appetendi, ex vario incomprehenſibilíque ſuctionis modo, vnam quidem quæ ad ſicca ſeu ſolida fertur, aliam verò quæ ad humida ſeu liquida: illam famem, hanc ſitim, quam Græci dipſon appellarunt. vt igitur fames ſolida ſiue ſicca expetit propriè, ſic propemodum ſitis humida primariò, ſecundario verò frigida expoſcit, velut caloris correctoria, à quibus ſæpiſſimè humoralis noſtra ſubſtantia diſſipatur. ſitis nomen eſt ita vulgare & notum: vt nemo ſit ſiue ſanus ſiue æger, qui illud ignoret: in illius autem generatione, totidem ſymptomata occurrere naturale eſt, quot in fame à nobis dicta fuere, inanitionem ſcilicet in partibus, humoralis ſubſtantiæ, earum tractionem à proximis vſque ad meſaraicas, iſtarum à ventriculo ſuctionem : denique huius ſuctionis in ſtomacho ſenſum, & primi ſenſorij perceptionem. Poteſt igitur imminui, deprauari vel

abo

Digitized by Google

aboleri præter naturam, vna vel pluribus ex iſtis cauſis immutatis. vnde Hippocr. in coacis primo prorhet. ſitis præter rationem ſoluta in acutis morbis, vt eſt in cauſa ſitifera non ſitire malum: fit enim, inquit Gal. 9. meth. propter interceptionem primi ſenſorij, quoniam mens ægrotat, aut quia concidit omnino facultas naturalis, quoniam calor natiuus iam incipit extingui, hinc lib. 3. & 6. epid. multi phrenitici bradypotæ & adipſi recenſentur: alias imminuitur propter dulcem & inſipidum humorem ventriculi oſculum irrigantem, quod frequenter videre eſt in iis morbis in quibus tuſſicula quædam leuior exoritur. Deprauari denique poteſt ſitis, & ad abſurda conuerti non minus quàm fames, ita vt ſæpe multi aquam marinam, paluſtrem, omphacium, ſuccum limonum & ſimiles liquores, minus naturæ noſtræ congruos appetant, ſed rarius quàm in fame, quia non eſt tanta varietas potus ordinarij quàm ciborũ. Verùm quia abolita, deprauata ſitis ratione obiecti, vel imminuta ad ea referri poteſt, quæ antea à nobis de fame morboſa dicta fuerũt: ideo agemus tantùm de ſiti præter naturã aucta vſitatiſſimo & infeſtiſſimo ſymptomate. Dicamus itaque ſitim hanc morboſam eſſe appetentiam ſtomachi deprauatam, quæ immenſam frigidi humidique alicuius quantitatem liquoris expetit, ab humoris vel frigoris inopia, vel vtriſque ſimul iunctis excitata. Quamuis enim actio appetendi hîc feratur ad obiectum quale oportet, quia tamen illud fit vi cauſæ morbificæ extra ſanitatis latitudinem poſitæ, & quia non ſolùm in quali ſed etiam in quanto, rectam conſtitutam eſſe actionem oportet, naturaliter

deprauatio appellatur, quas autem proximas iſtius ſymptomatis cauſas ſtatuimus, humoris ſcilicet inopiam, quæ excitat proximè illum penuriæ, ſiue ſuctionis ſenſum, & caloris copiam, quæ vel propter reſolutionem quam inducit, vel propter moleſtiam quam ventriculo infert, non ſolùm liquidorum ſed etiam frigidorum appetentiam excitat, idque aliquando ſeiunctim vt quotidiana experientia docet, aliquando coniunctim, accidere ſolet pro varietate cauſarum ſiue diſpoſitionum morbificarum à quibus hoc ſymptoma proficiſcitur, quarum ruſus aliæ ſunt antecedentes, internæ & externæ, externæ omnia alimenta ſumpta vel admota, quæ exſiccare potenter, aut calfacere, aut vtrumque præſtare valent, ſeu per ſe, ſeu per accidens, ſitim ipſam immodicam faciunt: vt ſal & ſalſa omnia, aromata, alimenta omnia acriora vt cæpæ, allia, ſinapi, medicamenta, & venena, animantia multa, vt aſpis, vipera, ſerpens dypſas ab effectu dictus, quòd ſitim inextinguibilem afferat, pinguia etiam & dulcia alimenta, quia faciliùs in ventriculo potiſſimùm calidiore exuruntur, vnde apud Hippocr. melicratum dypſodes dicitur & vinum etiam dulce, ſiticuloſum in picrocholis, in quibus etiam ipſa aqua bilioſa & bileſcere dicitur lib. de victus ratione, & in coacis. Item crapula ingens, non coctis cibis, aut in nidorem conuerſis: nimia etiam abſtinentia, exſiccatis valde partibus, æſtuantis aëris inſpiratus, vel frigidioris, quia calor verſus viſcera impellitur: propinquitas ad ignem, diuturnior in balneo aut laconico mora, vigiliæ immoderatæ, exercitatio vehemens, iracundia, os apertum gerere, & vehementer

ter loqui & vociferari, hæ enim omnia extrinſeca, aut humidum abſorbendo aut calfaciendo nimiùm, vel vtrumque præſtando, ſitim prouocare conſueuerunt: quæ tum demum morboſa euadit, quum ex diuturniore eorum vſu interior quædam diſpoſitio ſuſcitatur: internæ etiam cauſæ quæ hoc pręſtare poſſunt variæ ſunt & multiplices, humiditatem enim partium per ſe abſorbent & ſiccitatem immaterialem ſtomacho inferent, vacuationes omnes immoderatæ], vt hæmorrhoid. alui fluxus & purgationes vehementiores vt eſt aphor. 19. ſect. 4. inter quas Galen. diabeticam potiſſimùm paſſionem recenſet lib. 6. de locis affect. quæ ideò dypſacos eſt dicta propter inſignem ſitim quam inferre ſolet: per accidens autem quæcunque admodum calfaciunt & reſoluunt ſubſtantiam partium.

Caliditas autem iſta in ſtomachum inducitur, cum humore vel ſine humore, idiopathicè vel ſympathicè, vt per febres inflammato corde omniq́ue corpore, per intemperies oris, faucium, pulmonum, iecoris, lienis, meſenterij & ſimilium partium, quæ hunc affectum ventriculo per epigeneſim communicant, & tunc fit ſitis mendoſa à Galen. annotata, quæ non tam potu rerum frigidarum quàm inſpiratu aëris frigidioris aut aliorum remediorum ſedatur, aliàs non ſolùm qualitas ex huiuſmodi partibus ventriculo communicatur, ſed etiam humor bilioſus putris & ſalſus, qui ventriculum exurens, & ferueſaciēs perpetuā ſitim proritat, cuius luculentum exemplū in hydrope, & aliis intemperiebus frigidis humidiſq́ue, quãuis enim magnę aquarum copiæ ſitim compeſcere deberēt, quia

tamen diutius ſtagnantes in abdominis capacitate, non diſflantur, neceſſe eſt vt putredinem ſalſedinémque concipiant: hinc fit vt

Quo plus ſunt potæ plus ſitiantur aquæ.

Aliàs verò vitium illud idiopathicum eſt quod reſpicit intemperies ventriculi calidiores ſicciorésque ſine materia, vel cum humore idiopathicè illic contento, vitióque alimentorum aut alia cauſa genito: atque hæc de cauſis tam internis quàm externis ad hunc affectum pertinentibus. Iam ad diagnoſim veniamus.

Quod ad diagnoſim, ſigna huius affectus, & cauſarum à quibus hoc ſymptoma proficiſcitur, deſumenda ſunt ex illis, quæ præceſſerunt, aut præſentia, calfaciendi exſiccandíque vi prædita, ſeu primariò illud efficiant ſiue ſecundariò; externæ verò cauſæ ex relatu ægri, aſtantium, & rerum non naturalium conſtitutione deprehenduntur. Internæ verò antecedentes, quæ valde exſiccant & abſorbent ſubſtantiam partium, vt vacuationes immodicę, per hæmorrhagias, alui fluxus, diabetes purgationes catharticas, ſemetipſas ſatis produnt per illa excreta quæ corpori noſtro negotium faceſſunt: illa verò quæ calfaciũt tantùm, aut etiam diuturna mora reſoluendo exſiccant, vt febres omnes intemperiéſque calidæ oris, faucium, pulmonis, iecoris & ſimilium partium, ex propriis ſignis deprehenduntur, ſiue illud efficiant immateriales, per ſolam qualitatis communicationem, vel tranſmiſſa in ventriculum aliqua materia, ex cuius præſentia hoc ſymptoma excitetur, in hydrope verò collectio aquarum putreſcentium ſua mole, ex diuturna in abdomine mora,

Digitized by Google

cum cuiuſdam febriculæ,quæ prius non erat exorta, oſtendit ſitim ex huiuſmodi ſynatriſmo pendere; ſtomachi verò intemperies idiopathica cum humoris certa ſpecie, dignoſcitur ex oris ſapore ſalſo, amaro aut ſimili linguæ & faucium aciditate, vel cũ quodam halitu æſtuoſo,& graui ſenſu caloris & põderis circa finem cartilaginis xiphoidis,vomitu ſæpe bilioſo ſalſo,aut putris materiæ, qua valdè leuatur æger & miteſcit ſymptoma:denique intemperiei calidæ & ſiccæ combinationes ex prædictorum ſignorum collatione patebunt.

Quod ad prognoſim, certum eſt tædia ſitis moleſtiora eſſe quàm famis, quoniam faciliùs diſſipatur humida quàm ſolida ſubſtantia, vnde multa caſtra,Reges & vrbes ſitis vi coactæ ſe dedere. præterea ſitis,quam exhauſtus partium ingens,ob immodicas vacuationes ſequitur : non parum periculi ſignificare ſolet.ſignum enim eſt iam prouentum eſſe vſque ad humidum primigenium, cuius reparatio vel eſt impoſſibilis vel admodũ difficilis, quòd partes exſiccatæ nullum recipiant alimentum, conniuentibus & contractis poris, & quia actio humidi paruæ eſt energiæ. peſſima verò illa quæ ſequitur per accidens intemperies frigidas humidáſque, vt hydropem, quam aſſumpta refrigerantia & humectantia ad ſitim ſedandam idonea magis augent, & morbi primarij cauſam multiplicant:aliæ verò ſitiferæ diſpoſitiones, quæ vel ex procathartica cauſa oriuntur, vel ex caliditate totius vel partiũ non ita ſunt funeſtæ, quia miteſcentibus iſtis affectibus per ſeipſas curãtur,aut ſaltẽ adhibitis remediis miteſcũt.

Quod ad therapiam,diximus ſitiferas iſtas diſpoſi-

tiones,alias eſſe leues & ſuperficiarias, & in benè ſanis hominibus contingentes,quarum ſublatio remotione tantùm cauſarum procatharticarum perficitur,aut mediocri potu ; alias verò eſſe morboſas ob ingentem ventriculi ſiccitatem vel caliditatem, quæ aliquando pendet ab aliis morbis vt vacuationibus inflāmationibus totius vel partium;harum itaque artificioſa curatio tota pendet ex ſublatione primarij affectus à quo pendent ; ſupereſt igitur in præſentia vt agamus de curatione ingētis ſiccitatis, ab exhauſto humore ſtomachi , & de immoderata eius caliditate,quæ duæ ſunt idiopathicæ ſitis prȩter naturam cauſæ & ex illis facilè erit colligere ea omnia,quæ ad cæterarum diſpoſitionum ſitiferarum curationem pertinere poſſunt.

Sitis à ſicca intemperie ventriculi Therapia.

SITIS iſta quæ ſicciorem ventriculi diſcraſiam ſequi ſolet,fit plerumque ob immoderatas euacuationes,quæ non ſolùm excrementa inutilia educere ſolent,ſed & humiditates iſtarum partium,quæ alendo corpori erant dicatæ;vacuationum igitur iſtarum ſuppreſſio imprimis hîc proponatur, deinde refectio ſiue inſtauratio inanitarum partium.id autem perfici debet remediis quæ vi humectandi prȩdita ſunt,non ſolùm ſecundùm qualitates,ſed etiam ſecundùm ſubſtantiam quam alimentariam medici vocant:ac proinde victus hîc analepticus potiſſimū inſtituendus,ex liquidis & potulentis,nec non poſtea

ſtea ſolidis, boni ſucci & facilis coctionis, potus vini flaui & generoſi modicè diluti aq. font. aut borrag. panis albiſſ. & recentis vſus placentæ cum butyro opt. ſacchar. vitell. ouorum paratæ & aqu. roſ. irroratæ, gelatinæ iuſcula, conſummata, ſucci carnium delicatiſſimarum expreſſi & colati, contuſa caponum & perdicum cum iuſculo decocta, panatellæ cum vitellis ouorum & ſacchar. oua ſorbilia tremula: cremor hordei, lac amygdalarum, hepata gallinarum recentia, ſupra prunas leuiter cocta & aq. borrag. & pauco aceto aſperſa, piſces ſaxatiles & delicati cum butyro & nuce moſcata, vuæ corinthiacæ paſſæ aq. hord. prius maceratæ, pignolatum, teſtudinatum, conſeru. eringij florum violar. borrag. & rad. bugloſſ. denique ea omnia alimenta quæ ad maraſmum & hecticam antiquam parare ſolemus: inter quæ maximè vitanda eſſe auſtera monet. Gal. libro 7. method. quæque magis exſiccant poros partium iam nimis aſtrictos. Præter alimenta, reliquæ res non naturales rectè diſponendæ, vigilias & curas vehementiores maximè fugere debent iſti ægri, plurimùm autem ſomno indulgere, quo interius ſolent humectari, remeantibus humiditatibus verſus centrum corporis, vnde Hippocar. aphor. 21. ſect. 4. conſulit noctu ſitientibus ſomnum & 6. epid. ſect. 4. quamuis enim ibi ſitim ſuperficiariam ſomno ſedari ſcribat, longiore tamen eius vſu etiam cauſa ſitifera emendari ſolet, tum quia ſomni tempore partes copioſiùs irrigantur, vt iam diximus, per alimentariam materiam, tum quia ſomnus omnes vacuationes ſiſtit, quod hîc valde eſt optandū. aër itaque ita temperetur, vt neque refrigerando

calorem

Digitized by Google

calorem infirmiorem reddat, neque calfaciendo reſoluat, quod eodem modo de exercitatione dicere poſſis, reliqua verò remedia Gal. lib. citato ad duo reduxit, lactis ſcilicet & balnei tepentis vſum: accedat ergo ad lactis vſum, vbi primùm immoderatæ vacuationes ſedatæ fuerint.

Quamuis enim Hippocr. aphor. 24. ſect. 5. videatur prohibere lac ſiticuloſis, illud tantùm intelligendum eſt de iis qui ob nimiam caliditatem, putridíque ac bilioſi ſucci congeriem, immoderatè ſitiunt, in quibus lac facillimè corrumpitur: non de iis qui ſiti ex ſiccitate & conſumptione laborant, quia ex eodem aphor. ipſis hecticis quamuis febricitantibus lac conceditur: hauriat itaque propoſitus æger lac aſininum, caprinum aut humanum recenter mulctum & adhuc tepidum ad ℥ iiij. aut v. tribus horis ante prandium, addendo parum mell. vel ſacchar. conſequenter per 15. aut 20. dies continuos, ſenſim augendo lactis quantitatem, prout illo proficere videbitur. Interea diebus iiſdem aut interiectis ingrediatur balneum tepidum ex decocto rad. alth. liliorum, malu. viol. vel ex decocto cap. ped. aut inteſtinorum veruecis, aut butyrum recens vel oleum violatum in aqua tepida diſſoluatur pro baln. in quo morabitur ad placitum, ſine vllo ſudore ac moleſtia, in exitu balnei inungantur renes, lumbi, dorſum, & ventricul. ol. viol. & medull. cruris vitulini aut ſimilibus, cui immiſceatur lactis muliebris aut caprill. quantum ebibere poterit, vtatur interea ſyrupis, tabellis inſtaurantibus & ſimilibus quę interioré iſtam humectationem promoueant vel ſequenti opiata.

℞. conſeru. radicis eringij & bugloſſ. ana ℥ ij.

conſer.

conſeru.florũ viol.& borrag.anã ℥ j.cõfect.alcherm. ℥ ß.elect.diapenidion dicti & recenter præparati ſiue ſpeciebus ʒ ij.cum ſyrup. de pomis redol. fiat opiata de qua capiat fruſtulum ſitis tempore ſuperbibendo ſi velit parum aq.borrag.inter alia non eſt omittenda glycyriza perpetuo ore continenda & maſticanda:quia faciet multùm ad hoc ſymptoma leniendum:nunc igitur ad aliam ſitis morboſæ cauſam accedamus.

Sitis à calida intemperie ſtomachi Therapia.

IN omni calidiore ventriculi conſtitutione ſiue primaria,ſiue ſecundaria & per ſympathiam aliarum partium phlogoſi laborantium: inſtituenda eſt imprimis diæta non ſolùm refrigerans ratione caloris,ſed etiam humectans ratione ſiccitatis, quæ per reſolutionem introduci ſolet, vnde Hippocrat. in aphor. victum humidum potiùs quàm frigidum febricitantibus conſulit, & 6. epid. agens de morbis acutis in quibus caliditas intenſa & ſiccitas coniuncta moleſtam hãc & anxioſam ſitim infert, illam inquit ſedant tacere,aërem frigidum inſpirare, os occludere ac frigidam aquam potare, quibus verbis omnem pene ſitis tollendæ rationem complexus eſt,vt igitur noſtrum inſtitutum perſequamur, aër imprimis omni arte & induſtria refrigerandus & humectandus ,vt ſua penetratione tam per poros corporis ſenſibiles quàm inſenſibiles interiorem hunc æſtum compeſcat.Ideóque arcenda ex cubiculo

hominum turba ne multo habitu incaleſcat, & æger qui totus corporis & animi quieti ſeſe tradere debet, illorum præſentia commoueatur ad loquendum, vociferandum, iraſcendum, & ſimilia illi nocua præſtanda: vacuationes etiam naturales, alui potiſſ. & veſicæ non ſunt hîc negligendæ, quoniam illis ritè fluentibus magna vaporum & materiæ copia quæ ventriculum impetere ſolet commodiſſimè educitur. quod ad ſomnũ & vigiliam attinet videtur quædam eſſe difficultas, nam Hippocr. 2. prorhet. ita pronunciauit, ſiti leuiori ſomnus medela eſt, ſiti verò quæ poſt ſomnum oriatur, vigilia: quaſi dicat non quamuis ſitim à ſomno leuari, ſed vel leuem tantùm, vel iam à nobis commemoratam prius: quæ ſcilicet à ſola ſiccitate fit: eam verò quæ ex calore intenſiore proficiſcitur qualis eſſe ſolet in febribus continuis & inflammationibus partium, augeri à ſomno, quia per ſomnum magis incaleſcunt interiora, viſcera, humoréſque bilioſi magis verſus illa feruntur. Item ex eodem ſecundo prorhet. ſitis, tuſſis & linguæ aſperitas à ſomno ſolent exacerbari. Itaque hîc mediocritas erit obſeruanda, vt neque per diuturniores vigilias nimiùm reſoluatur corpus, neque ob immoderatum ſomnum, quando potiſſimùm pendet à cauſa præter naturam plus iuſto incaleſcant internæ partes: quia tunc per ſomnum, naturalem ſcilicet, concoctiones fœliciter perficiuntur, & natura quaſi datis induciis pauliſper requieſcit à ſumma fatigatione quam illi infert morbus, ideo ſomnus ille concedi poterit iſtis ægrotantibus & ſi vigiliæ vrgeant arte conciliari. In cibo autem & potu videndum eſt, vt neceſſariæ iſtæ qualita-

tes

Digitized by Google

tes adſint refrigerandi ſcilicet & humectandi, non ſolùm potentia ſed etiam actu; qua de cauſa veteres ſiticuloſorum obſonia in profundiſſimis puteis detinebant, aq.frig.niue & glacie obruebãt, vt poſſent actuali frigiditate internum calorem ſuperare, qua in se magna eſt adhibenda ratio ætatis, ſexus, temperamenti & conſuetudinis potiſſimùm ne æger ab vno exceſſu in alium periculoſiorem præcipitetur. idem dicas de Hydropiſia, i. aquæ potu ad ſatietatẽ vſque & mutationem coloris quamuis ei ad calorẽ iſtum & ſiccitatem temperãdam videatur aptiſſima & ab antiquis valde commendata, plus tamen erit in illa periculi quàm commodi, niſi debitæ circumſtãtiæ obſeruentur, ſi enim calor ventriculi ſit immaterialis, tutò exhiberi poterit, dummodo æger conſuetus ſit aquæ potui & robuſtis viribus præditus, vt ſunt iuuenes: quando verò caliditas aut ſiccitas iuncta eſt cacochymiæ, vt in febribus, tria ſunt obſeruanda, primum vt adſit caloris natiui vigor, ſecundum vt viæ corporis ſint iam præparatæ, tertiũ vt concoctionis notæ ſint iam euidentes, ne ſcilicet natura à ſuo munere impediatur & reuocetur, aliàs multo erit melius, minùs potare & aliquid aceti aquæ permiſcere ad penetrationem, vel parum vini albi tenuiſſ. ad robur partiũ vel certè noſtri ſyrup. acetoſ. ſimplici, de limonib. vel de gran. acidis quartam partẽ addere aquæ vt gratior tutiórq; ſit potus; iuſcula etiã pullorum alterata foliis acetoſ. portul. lact. end. borr. & ſimil. frequenter ſumpta, erunt ad hoc commodiſſima, quidam etiam fructus acidi, & vuæ acerbæ ſacchar. conditæ, fruſtula arantior. aut limon. ſacchar. aſperſa, mala perſica, granata imma-

immatura, & ſimilia quæ prudens med. pro inſtituto eliget.

Quòd verò ad remedia pharmaceutica, vbi humor ſalſus putris aut bilioſus ſentietur, blanda erit purgatione & clyſteribus refrigerantibus & mollientibus, ſæpius deſcriptis educendus: nec non vomitu ſi æger ſit ad eum paratus, ex aqua & ℥ j. ſyrupi acetoſi. Alteratio autem ſeu refrigeratio perficienda, iulepis actu frigidis frequenter ſumptis, inter quos maximè laudant practici ſyrup. de ſucco portul. & cucurb. ex deſcriptione Auicen. vt ſcilicet cucurbita recens obuoluatur maza & coquatur in furno, deinde ſuccus extrahatur ad ℔. v. decoquaturque cum ℔. ij. ſacchar. albiſſ. in formam iulepi; noſtro tempore vtiliſſ. eſt iulep. alexandr. qui paratur ex aquis. lact. acetoſ. & roſ. ſuccis granat. acid. limonib. arant. cum pauca quantitate ſacchari: nec ſolùm intus ſumptis cauſa iſta ſitifera erit oppugnanda, ſed & admotis vt epith. foribus, linimentis & ſimilibus non ſolùm ſtomacho, ſed etiam cordi, iecori, renibus & aliis partibus, in quibus ardor percipitur. Ad hoc valde conferunt panni admori aqu. roſ. & pauco aceto macerati qui frequenter mutari debent antequam incaleſcant. verùm quia ſemper non licet, perſeuerante cauſa ſitifera, aſſumpto potu, aut admotis refrigerantibus ſitim extinguere, vt patet in febribus intermittentibus, in quarum prima inuaſione & incremento quamuis valde ſitiant ægri ſolemus prohibere potum. Ideo in illis & aliis, fallenda ſunt importuniſſimæ ſitis tædia, ex collutione oris crebra ex aqua frig. vel oxicrato, eſu ceraſorum acidulorum, prunorum acidorum,

Digitized by Google

rum fruſtulorum pomorum,foliorum acetoſ.& ſimil.deſcribit Villanouan.pilulas ſub lingua continendas ad fallendam ſitim hoc modo.

℞. puluer.liquirit.recent.ʒ ij.ſeminis lactuc.portul.pap.alb.recent.& bene comminuti ana ʒ j.ſeminum melonum & gummi tragac.añ ʒ ß.excipiantur omnia ſucco limon.vel granatorum fiant pilul.craſſiores,quarum vnam verſet ſæpius ſub lingua: eſt etiam conditura ad hoc non parum efficax ſic parata.

℞. acetoſ. opt. q. voles in quo leniter calfacto diſſol. ſuccum granat. & aq. roſ. & vini albi tenuis modicum. dein ſacchar. albiſſ. q. ſ. ad totius indurationem & incorporationem, reponatur in pixide & aſſumatur per fruſtula vel diſſolu. in aqua pot. ſitis tempore: atque hæc de ſiti morboſa ſufficiant.

De apepſia, bradypepſia, dyſpepſia, cruditate ſcilicet ructu flatúque ventriculi.

Capvt Sextvm.

Absolvimvs ſymptomata quæ ventriculi orificio accidere ſolét,prout eſt præcipua appetentiæ ſedes:nunc ad reliqua ventriculi pathemata,ſiue ad læſas actiones eſt accedendum:inter quas quum coctio primarium locum obtineat,ideo de illa eſt agendum. Coctio itaque ſeu Pepſis ab Hippocr.dicta & à pepaſinó diſtincta, quia ad nutri-

tionem tendit, triplex eſt in nobis ſcilicet Chyloſis, Hæmatoſis, & Homoloſis, prima in ventriculo, ſecunda in iecore, tertia in ſingulis partibus perficitur, coctio autem ventriculi de qua nobis nunc eſt ſermo, nihil aliud eſt quàm mutatio aſſumptorum alimentorum, vi caloris natiui, & propriæ ventriculi temperiei, vt chyli formam ſuſcipiant & ſanguinis futura ſint materia. ad hanc igitur coctionem duplex concurrit cauſa, vniuerſalis nempe calor natiuus, non ſolùm cordis ſed & circumſtantium partium, vt iecoris, lienis, meſenterij, omenti, ſubſtratæ venæ cauæ, & arteriæ aortæ, alia verò particularis, nempe propria & indiuidualis temperies ventriculi, quæ aſſimilare debet ſibi aſſumpta & in conuenientem formam tranſmutare, vt igitur coctio rectè & naturaliter fiat, oportet eſſe ſufficientem caloris natiui copiam. iuſtam ventriculi temperiem, obiecti ipſius, nempe alimentorum cum agente proportionem, nec non rerum omnium extrinſecus accedentium bonam conſtitutionem: propterea cùm ventriculi appetentia, attraictio retentio & expulſio, ratione coctionis veluti finis ſint ordinata, oportet in bona & naturali conſtitutione tantum appetere & attrahere ventriculum, quantum concoquere poteſt, tamdiu retinere donec perfectè coctum & aſſimilatum ſit: deinde expellere conuenienter reliquias chyloſæ materiæ verſus hepar, cuius portionem roris inſtar ſibi retinere ſolet ventriculus; vnde ſequitur horum omnium vna vel pluribus immutatis, coctionem ventriculi vitiari poſſe, quod ſi fiat abolitè dicetur Apepſia, ſi imminutè & per longius tempus, Bradypepſia, ſi deprauatè dyſpe-

ſia

Digitized by Google

ſia,Latini communi vocabulo cruditatem, vulgus indigeſtionem,hæc omnia ſymptomata vocat:cuius ſigna conſtituit,ructus acidos & nidoroſos,fluctuationes, inflationes & ſimil. quæ inter ſe differunt, quòd in ructu,flatus ſurſum emittatur cum ſonitu, in inflatione non emittatur, ſed retineatur ſæpius cum dolore ob diſtentionem: in fluctuatione verò non diſtendatur ventriculus ſed potiùs oberrent flatus & commoueantur cum rugitu,quæ omnia ſymptomata tam primaria quàm ſecundaria ad concoctionem ſpectant,(quamuis differre inter ſe videantur) ideo tamen nobis hoc cap. ſub cruditatis appellatione ſimul explicabuntur.

Dicamus itaque ex Galen.pluribus in locis, quæ breuitatis cauſa omittimus, cruditatem iſtam eſſe læſam actionem ventriculi,imminutam ſcilicet vel ad ſenſum abolitam, aliquando deprauatam, cum fluctuatione,ructu multiplici,& inflatione,ex vitio proprij organi,obiecti,aut rerum externarum,cuius definitionis partes ferè in præcedẽtibus fuerũt explicatæ,vt tamen diſtinctiùs intelligantur horum ſymptomatum cauſæ,nos eas ad tres potiſſimùm reducimus,nempe vitium organi,obiecti, & rerum extrinſecus aduenientium:ſciendum itaque alimenta quæ hîc nomine obiecti ſignificantur pluribus modis vitiare poſſe concoctionem,nam aliquando eorum ſubſtantia talis eſt,vt ne à robuſtiſſimo quidem ventriculo ſuperari poſſit perfectè,qualia ſunt triticum crudum,glandes,legumina ex quorum immodico vſu propter annonæ caritatem narrat Hippocr. 6.epid.magnam fuiſſe gonorrhœæ & aliorum morborum prouentum in inſula Oeno: tales etiam ſunt

Digitized by Google

carnes natura ſua duriores, vt ceruin. & lepor. præcipuè antiquiores aut ſale induratæ, panis furfuraceus, tubera, radices, & ſimilia quæ dyſpepta appellantur, aliàs verò alimentorum qualitas reſiſtit bonitati coctionis, vnde nimis frigida & humida, flatuoſa eſſe dicuntur: calidiora verò corrumpunt etiam digeſtionem, quia exurunt tenuiorem chyli portionem & in nidoroſos vapores conuertunt: ſub qualitate, præparationis modus intelligendus, elixandi & aſſandi, condimentorúmque ratio, quia inducunt nouas diſpoſitiones in ipſa alimēta, propter quas magis vel minùs apta reddantur ad concoctionem. Quantitas etiam conſideranda in aſſumptis alimentis, exuperans enim vim ipſius agentis, cui proportionata eſſe debet, cruditatum eſt frequentiſſimè parens, vt patet in illis qui crapulæ & genio nimis indulgent: deficiens verò, quia non ſuppeditat ſufficientem corpori alimoniam, ſæpe eſt cauſa, vt alimenta parciùs aſſumta, in ventriculo præcipuè calidiori exurantur & quaſi conſumantur: præpoſterus denique ordo & tempus in aſſumendis cibis & potu coctionem aliquando vitiare poteſt, vt ſi quis poſt ſolidorum aſſumptionem aut aſtringentium vt pyrorum cydoniorum & ſimilium ingerat, poſtea liquida & corruptioni obnoxia, vel ſi horam cibandi aſſuetam omittens, intempeſtiua nocte aut alio tempore minùs vſitato cibis ſeſe reficiat, ex his omnibus ſolis vel ſimul junctis coctio iſta poteſt vitioſa dici ex parte obiecti.

Res verò externæ, quæ concurrere poſſunt ad actionem iſtam, illam aliquando vitiant, aliquando iuuant: ſic aër frigidior in corpore potiſſimùm infir-

mo,

mo, vel calidior exhauriens calidi natiui ſubſtantiá, coctionem peruertere ſolet, exercitationes nimis violentæ, & ſtatim à paſtu, quia eliciunt calorem natiuum ad exteriora, & chylum adhuc imperfectum præcipitant verſus inteſtina: alui & aliorum excrementorum ſuppreſſio, aut nimius fluxus, vigiliæ immoderatæ, ſomnus diurnus, iracundia maior, profundior meditatio ſtatim à cibo, & ſimiles cauſæ extrinſecus aduenientes opus hoc ventriculi etiam bene diſpoſito organo & conueniente obiecto corrumpere poſſunt, quæ à nobis ideo dicta fuere, vt poſſemus læſionem functionis in ſua propria eſſentia, à læſione externa diſtinguere: quia iſtæ cauſæ ſæpius repetitæ læſionem tandem in ipſo organo producere ſolent, organum autem iſtud ſiue ventriculus, vitia aliquando habere ſolet ex primo ortu & formatione, vnde quidam pneumatodes cata phyſin Hippoc. dicuntur primo epid. qui enim inatura ſnut ſanguinei & aliquantulum bilioſi, acidis ructibus infeſtãtur ob frigiditatem ventriculi, quæ ſæpius ſolet eſſe iuncta hepatis caliditati, vnde & multi apud Galen. Cacoſtomachi naturaliter: aliàs verò, iſtæ diſpoſitiones organo aſcititiæ ſunt & præter naturam, tum ſympathicæ, tum idiopathicæ, ſympathicę autem contingunt aut per ſolam condolentiam, vt dicunt, vt v. g. quando ægrotante quauis parte, ventriculus minùs ſtrenuè munus ſuum exercet, quod ſæpe videre eſt in nephritico & colico affectu, aut imminuta cauſa communi coctionis, calore ſcilicet natiuo qui à corde influere ſolet & qui à vicinis partibus augetur, refrigerato enim corde ex quacunque cauſa, partim ſubſtantiá depauperata

per hęmorrhagias, alui fluxus & ſimil. languente hepate, exciſa parte omenti, vel delapſa in ſcrotum, minùs aut nihil concoquere poteſt ventriculus: aut denique ſi ſit ſympathia per communicatam materiam, vt tetro vapore, materia pituitoſa, aut putrido ſucco ex quacunque parte in ventriculum confluẽte: idiopathica autem contingit, quando ventriculus in ſuamet propria eſſentia & diſpoſitione patitur, præcipuè in particulari illo & inſito calore quo obiectum alimentum aſſimilare debet, quamuis enim ſolutiones continui & morbi conformationis concoctionem iſtam impedire poſſint, non tamen id primò & per ſe præſtant, ſed vel interuentu primarum qualitatum, vel reliquas functiones ventriculi peruertendo, per quas deinde concoctio vitiatur: ſequitur itaque intemperiem eſſe cauſam propriam & immediatam huius vitiatæ actionis. Intemperies autem cùm aliæ ſint ſimplices, aliæ cõpoſitæ, quod ad ſimplices attinet, paſſiuę duę humida ſcilicet & ſicca vix concoctionem iſtam lædunt vt docet Galen. niſi diuturniori admodum mora & exceſſu peſſimum aliquem morbum induxerint, vt tabem, hydropem & ſimilia, quæ calori natiuo bellum indixerunt, actiuæ verò calida ſcilicet & frigida cum quatuor compoſitis poſſunt eſſe cauſæ huius actionis læſæ; cùm enim ſolùm à moderato calore rectè & ſecundùm naturam ſe habente perficiatur, ſi calor ille imminutus & ferè abolitus fuerit, non fiet coctio aut imminutè tantùm, ſi ſit extraneus & ſupra naturæ gradum, deprauabitur & in malam qualitatem cibos conuertet, frigida igitur & calida intemperies ſunt cauſæ huius actionis, læſæ

ſine

ſine humore aut cum illo coniunctæ: vnde Hippoc. pituitæ copia & fermentatio nigri humoris quæ in melancholia hypocondriaca manifeſtè apparet, cruditates, flatus, inflationes, fluctuationes, ructúſque acidos per ſe excitant, per accidens autem poteſt calor intenſiſſimus, ructus iſtos acidos & cruditates efficere cùm exhaurit calorem natiuum: ſic enim æſtate, lac & vinum faciliùs videmus aceſcere, quàm hyemis tempore, quia diſſipando tenuiores & calidiores eorum partes, plus poteſt calor quàm actuale frigus alterando: bilis certè prouentus quamuis in ventriculo alimenta exurat, copioſus ructus aliquando excitare ſolet, quod egregiè expreſit Hippocr. ſecundo de morbis, ſub ſpecie affectus, quem ructuoſum vocat, rurſus intemperierum iſtarum materialium & immaterialium ſunt cauſæ multiplices ex rebus non naturalibus, naturalibus, & præter naturam repetendæ.

Quod ad diagnoſim, ſigna partis affectæ, affectuum & cauſarum morbificarum ſunt diligenter inquirenda, & ex omnibus fontibus deriuãda. quod ad partem affectam attinet, nemo dubitat ventriculum primariæ iſtius coctionis officinam, per cruditates iſtas eſſe læſum, præcipuè circa ſuum fundum & capacitatem, vbi craſſior & carnoſior tunica ad cibos conficiendos naturæ prouidentia apparet: an verò intemperie teneatur ſimplici vel humorali, manifeſtum eſt ex ponderoſæ grauitatis ſenſu, quo vt plurimũ infeſtari ſolẽt, quibus humor in vẽtriculi cauo continetur. Item ex vomitu & deiectione; quamuis enim illi qui intemperie ſimplici & immateriali laborant cibos aliquando crudos &

Digitized by Google

incoctos euomant aut excernant per aluum, illi tamen ſunt impermixti: quando verò humores dominantur, tunc multa eorum copia ſimul cum huiuſmodi cibis excluditur: denique qui ſimplicem immaterialémque intemperiem patiuntur, illi peius ſe habere ſolent poſt aſſumpta alimenta, dum natura in illis concoquendis laborat: qui verò ex copia humorum poſt aſſumptum cibum, paulo meliùs ſe habent, quoniam morbificus humor diluitur & mitigatur benignitate aſſumpti alimenti. verùm intemperies iſtæ ſine humore parum in corpore noſtro ſubſiſtere ſolent, quia per eas generatur & aliunde attrahitur excrementum: calida itaque intemperies ventriculi cum humore bilioſo putri aut ſalſo, cognoſcitur ex fœtore oris & eorum quæ eiiciuntur per vomitum aut deiectiones, linguæ ſapore deprauato ſecundùm conditionem humoris, ructu nidoroſo qualé ex rebus frixis expirare ſolet ſiti & æſtuationis ſenſu, quæ omnia contingunt in diſpoſitione facta aſſumptis etiam alimentis frigidis aut temperatiſſimis, reliquíſque externis rebus bene moderatis. frigida pariter intemperies cum humore crudo dignoſcetur, maiore ponderis & quodammodo frigoris ſenſu, ſitis carentia, ſapore, & colore linguæ frequenti & importuna ſaliuatione, appetentia validiore quàm pro coctionis modo, fluctuatione, inflatione ipſius ventriculi, niſi per vomitum aut ſeceſſum maior iſtius materiæ portio excernatur: ex affectu perſeuerante audiuntur borborigmi & circa vmbilicum murmura, & tandem accidit colicus affectus & ventris tormina. Denique ex iuuantibus & lædentibus ſumptis vel admotis, diſcrimina intemperiei

periei dominantis exploranda ſunt, quod ſi ſympathicè tantùm ob aliquam partem dolentem, aut propter materiam aliunde communicatam hic affectus contingat, ex propriis illarum partium affectarum ſignis illa ſympathia eſt elicienda, oportet enim cum illis eſſe genitam iſtam cruditatem & illis ceſſantibus mitigari, ſin verò ex errore cauſarum externarum, vel obiecti vitium iſtud pendeat, ex earum præſenti conſtitutione, ægri aut aſtantium relatu erit perdiſcendum.

Quod ad prognoſim certum eſt abolitam ventriculi coctionem, horrendum eſſe malum, vt pote partium aliarum fruſtrata nutritione, quæ primariam alimoniam repetunt à ventriculo, ea igitur perſeuerante aut mors aut morbi lethales, vt lienteriæ, atrophiæ, hydropes & ſimilia ſuccedunt: imminuta etiam ſuo non caret incommodo, ob flatuum copiam qui eleuari ſolent, vnde dolores iliaci & colici, tum per epigeneſim aucta ſcilicet intemperie & inteſtinis communicata, ad quam tandem ſuccedit hydrops ſiccus apud Hippoc. Deprauata etiam iſta coctio mater eſt multarum cruditatum, ſiue enim acidus ſiue nidoroſus humor generetur ſit maximus ſynatriſmus excrementorum in prima hac corporis ſentina, vnde magnæ obſtructiones viſcerum, diuturnæ febres, ſcabies & ſimilia morborum genera excitantur: in conualeſcentibus autem adeſſe ſolet vt plurimum infirmitas coctionis iſtius depauperatione caloris natiui ob præcedentem morbum, ſed ea paulatim reſtituitur debita renutritione & quaſi reuiuiſcente calore natiuo, alioquin diutiùs in illo perſeuerans recidiuam minatur, potiſſimùm ſi

ventre ſint diſtento, quia denotat vias communes eſſe impeditas, & nouam colligi materiam, quæ affectum cito renouatura eſt. in lienteria verò diuturna laudat Hippocr. ructum acidum qui antea fieri non ſolebat, propter abolitam coctionem: quia indicat ventriculum quodammodo roborari & coctionem tantùm eſſe imminutam. Denique pro magnitudine & diuturnitate cauſarum morbificarum licebit de hoc exitu fauſto vel infauſto præſagire.

Quod ad therapiam, hæc perficitur ſublatione cauſarum externarum, antecedentium, & coniunctarum quæ affectum iuſtum efficiunt, augent, & conſeruant. moderatio rerum externarum fiet victus ratione: ex antecedentibus autem videndum vtrùm ex compaſſione tantùm alicuius partis per condolentiam aut materiam negatam vel communicatam affectus iſte pendeat, illis enim omnibus imprimis erit proſpiciendum, ex lege indicationum curatiuarum: inter coniunctas autem ſi lædatur iſta concoctio ſecundariò, vt quando attractio, retentio & expulſio læduntur primariò, vt per ſolutiones continui timores præter naturam &c. curandum eſt vt ea omnia quæ cauſæ rationem obtinent, primò corrigantur, quia verò inter proprias diſpoſitiones quibus ventriculi coctio læditur duas potiſſimùm agnoſcunt, ſcilicet caliditatem & frigiditatem, cum humore & ſine humore, ideo earum quæ ſine humore fiunt curationem omittemus, quia facilè intelligetur ex curatione humoralium, vbi alteratio & roboratio proponitur, præterea calida intemperies deprauat potiùs coctionem quàm imminuit aut abolet: atque ita eius curatio facilè repeti poterit ex

iis

iis quæ ſunt à nobis dicta capitibus de cardialgia, malacia, ſiti morboſ. & ſimil. ideo contenti erimus hoc cap. tradere curationem particularem abolitæ & imminutæ coctionis ventriculi ab illius imbecillitate & intemperie frigida, cum humore, ructu, flatúque, quia ſæpiùs venire ſolet in conſultationem.

Diæta in hoc affectu primarium locum obtinere videtur, vt pote quæ ſola vitiare & reſtituere poteſt hanc actionem ex debita conſtitutione rerum non naturalium, potiſſimùm verò alimentorum: omnis igitur alimenti crudioris & craſſioris ſubſtantia, malíque ſucci hîc eſt fugienda, propterea abſtineant ægri iſti à pane furfuraceo duriore & malè fermentato, vino craſſo, dulciori aut acido, carnibus bubulis, caprinis quas Hippoc. πνευματώδεις vocat, aprinis, leporinis & ſimilib. potiſſimùm ſale aut fumo induratis: piſcibus omnibus præcipuè cetaceis & viſcoſa ſubſtantia præditis, caſtaneis, rapis, tuberibus, bulbis, leguminibus, fructibus horæis, oleribus crudis & ſimilib. vbi notandum eſt inter alimenta quædam eſſe quæ naturaliter flatuoſa ſunt, vt poma & ea, quæ iam commemorauimus, quia materiam flatibus generandis propriam & idoneam ſuppeditant, alia affectiuè talia, quia iuuant calorem natiuum, & materiam attenuant, incidunt reddúntque aptiorem, vt in flatus reducatur & conuertatur, qualia ſunt ſynapi, raphanus, allia, porri, mentha quæ ructatrix apud Martialem dicitur, & coriandrũ quod Hippocr. adeo vult incoquendum eſſe ptiſanæ, vt minimè ſit flatuoſa minúſque frigida, iſtis poterimus vti ad idem commodum, quia tandem ſuo calore iſtos humidos ventriculi vapores diſſi

diſſipant,qualitate igitur ſua calfacere & attenuare debent. Vtantur alimentis bene coctis, aſſis potiùs quàm elixis,caryophill.zinzib. nuce moſc.cinam. & pipere conditis, nec ſolùm debet eſſe præparatio recta externa in alimentis,ſed etiam illa quæ fit in ore, diutiùs & accuratè maſticando priuſquam deglutiantur,quantitas verò ea ſit quæ facilè à calore noſtro natiuo ſuperari poſſit.in plures potiùs vices partita,quàm vnico ingeſta paſtu , eo tempore quo maximè aſſuetus erat cibationi,recto & conuenienti ordine,vt numquam ſolida vel aſtringentia præmittantur liquidis , concoctu facilibus,aut corruptioni obnoxiis;pocula hîc debent eſſe exigua , ex vino meraciori & generoſo , flauo colore prædito, aut in hydropotis ex decocto cinnamomi vel coriandri,reliqua etiam eadem cautione & prudentia inſtituantur,vt ſcilicet aër ad caliditatem potiùs moderatam quàm figidi tatem vergat,ſomnus ſit ſolito longior,placidus & æqualis , non ſolùm per totam noctem ſed etiã interdiu horis matutinis & meridianis ſalubris ex Hippocr. conſilio libro de diæta ſcilicet æſtatis tempore, potiſſimùm quando noctes breuiores & moleſtiores eſſe ſolent:exercitatio etiam corporis non eſt negligenda , facilis & mediocris,vt & frictiones matutinæ , quibus ſæpe materia crudior diſſipatur & calor natiuus ſuſcitatur,vacuationes naturales & aſſuetæ hîc moderatæ eſſe debent excepta venere:denique animi languor, ſtudium immenſum, mœror & iracundia fugiantur, ne ex violentis animi pathematis calor iſte imbecillus omnino extinguatur;his ita conſtitutis, ſi adhuc perſiſtat ad remedia veniendum quæ maiori vi

iſtum

iſtum affectum expugnare poſſunt.

Itaque vacuatio humoris crudi pituitoſi vel melancholici in ventriculo geniti aut aliunde affluentis perficitur, blanda & ſæpiùs iterata purgatione, niſi fortè ratione cauſæ antecedentis aut partis alicuius mittentis validior ſit inſtituenda, parentur itaque pilul. opiat. ſyrup. magiſt. prout ægro magis erit acceptum & ad propoſitum humorem magis accommodatum: habetur in officinis elect. illud in tabellis de citro ſolut. huic rei peculiariter dicatum, vt & pilul. ſtomach. quæ frequenter erunt repetendæ. Ad alterandum verò, reſoluendos flatus & diſſipandos, roborandam partem ſumptis & admotis erit agendum, inter aſſumpta alia alimenti, alia medicamenti magis rationem habent: quæ ad alimenta magis accedunt ſunt vinum Hippocr. Bochetum ex decocto anyſ. & coriandr. cum ſacchar. & cinam. parat. pro potu ordinario, puluis vulgò ducis ductus qui ex duabus ſacchar. albiſſ. partibus & vna cinam. conſtat, omnibus alimentis inſperſus, ſal ad conficiendos cibos condendóſque confectus ex puluer. coriãdr. ãnyſo piper. long. galang. & nuce moſc. mixto cum pari portione ſalis communis, piperis grana aliquot integra vel contuſa, ventriculo ieiuno ſumpta, nuces communes cariophyll. confixæ & ſaccharo conditæ, cortex citri & arantiorum pariter conditus zinziberis conſerua, ſemina aniſi, fœniculi coriandr. fruſtula cinam. arant. vel gariophyll. ſacchar. incruſtata, quod vulgò dragetam vocant, puluis digeſtiuus ante & poſt ſingulos paſtus ſumptus multùm coctionem iuuare, intemperiem corrigere, flatus diſſipare, roborare partem

poterit:vel fiant muſcardini ſequentes.

℞. corticis citri cinam. zinzib. & cariophyll. ana ʒ ß.elect.aromat.roſ.& diambr.ana ʒ j.moſc. gr. vj. ſacchar. ℥ j. excipiantur omnia gummi tragacanth. diſſolue cum aqu. menth. vel ſucci arantior. fiant trochiſci vel globuli quorum vnum ſæpe teneat in ore.

Ad idem laudatur vinum abſynth. conſeru. roſ. & calam. aromat. condit. & ſimil potentiora verò ſunt & ad remedij naturam magis accedunt, theriaca antiqua,aurea alexandr.mel anacard.elect. Galen. diatrapiperom dictum, quæ manè vel in ingreſſu lecti ad quantitatem vnius caſtan.exhiberi poterunt. Arabes ad hunc affectum parant elect. de citro non ſolut. ventriculi gallinarum interior tunica cum vino albo & aq.mentæ lota torretur in clibano,puluis hic miſcetur cum pari portione ſacchar. & deinde opiatis,condimentis & ſimilibus miſcetur, non paruo cum ſucceſſu ad coctionem iuuandam. Quod ſi affectus pertinacior reddatur nihil erit præſtantius quàm decoctum ligni ſancti vel ſaſaphras in plures dies ſumptum,abſque ſudoris prouocatione in imbecillioribus, in aliis verò nihil oberit leuiter ſudare,potiſſimùm quando humoris ſeroſi copia in toto vel aliqua parte collecta, hunc morbum fouere videbitur. chymici ſuam eſſentiam aniſ. cariophyll. cinnam. ad roborandum ventricul. valde commendant, cuius guttæ aliquot in aqu. menth. iuſcul. aut vino diſſol.exhiberi poterunt, quæ omnia varianda erunt pro variis circumſtantiis.

Exterius verò toti ventriculo ad vmbilic. vſque in parte poſteriori vſque 12.vertebram dorſi admouenda

uenda erunt,quæ calorem inſitum adaugere,flatus diſſipare & robur huic parti conciliare poſſunt: ad hæc delicatæ mulieres & ſenes induxerunt vſum catellorum geſtandorum,bonis odoribus ſuffumigatorum,ſupra regionem ventriculi, quidam malunt puerulum vel virginem delicatiſſimam imponere: pauperes poſſunt paruam culcitram conficere ex molliſſimis plumis anſerinis & foliis menth.& abſynt.ſicc.quam geſtant ſupra ſtomachum, alij verò raſuram panni ſcarlatini inter duas ſyndones mundas ſericeas,in formam ſcuti conficiunt, addendo puluerem anyſi coriandr.cortic.citri ſicc.cariophyl. nuc.moſc. & ſimil.vel cotone muſcato prædictum puluerem excipiunt & interbaſtant.Ad idem valdè laudantur pelles ſtruthiocameli, vel leporis ſupra ventriculum geſtatæ,inunctiones verò conuenient, ex ol. laurino nuc. moſc. cerato ſtomach. ex deſcriptione Galen. calida, quia tepida diſſoluunt robur ventricul. ſi magna flatuum copia vrgeat., applicantur aliquando cucurbit.maiores cum multa flamma ſupra vmbilicum,quæ incantamenti inſtar hunc affectum aſſerente Galeno ſæpe leuarunt,fiant fomenta ſicca vel parentur in hunc modum,

℞. cortic. citri ſicc. radic. ireos flor. & galang. minutim inciſa ana ℥ ij. folior. ſicc. menth. hyſſop.ſalu. maior. roris mar.. ana m. j. ſeminis anyſi cinnam. fœnicul. baccar. laur. ana ℥ ß. florum ſtœchad. anth.ſpec.nard. ana p. j. includantur ſacculis duobus lineis quibus in vino rubro generoſo & calente immerſis ac benè expreſſis foueatur regio ventricul. bis in die: emplaſtr. tandem calfacientia,frictiones & ſinapiſmi ſupra ipſam regionē

ventri

Digitized by Google

ventricul. inſtituentur, ſiquidem ſummè iam videatur refrigeratus: ad iſtum denique affectum, quando potiſſimùm in colicam aut iliacam paſſionem degenerat, clyſteres & alia remedia ſuis locis deſcribenda imperentur.

De ſingultuoſo affectu.

CAPVT SEPTIMVM.

DVos in nobis eſſe motus vt & ſenſus, eleganter annotauit Galen. libro primo de vſu part. vt enim motus ille animalis qui voluntatis & appetitus imperio ſubiacet, muſculorum opera perficitur, ſic natura in illis partibus quæ erant iſtius motus expertes motum alium inſtituit, qui per fibras naturales & proprias exercetur, quæ mouentur non quando volumus, ſed cùm adeſt rei moleſtantis ſenſus, ſic cerebrum naturali illo ſenſu præditum vbi aliquod moleſtum illi incumbit ſeipſum cogit, dilatat & commouet, vt videre eſt in epilepſia & ſternutamento: eodem modo cor cùm fumoſis & atris maligni humoris vaporibus, aut alia re laceſſitur, palpitat & agitatur, non ſolùm per diaſtolen & ſyſtolen, ſed etiam per tremulam quandam concuſſionem quæ apparet in illis, qui iracundia ingenti aut inſigni timore aut lætitia afficiuntur. eadem ratione ventriculus exquiſitiſſimo ſenſu præditus non ſolùm naturali, ſed etiam animali: quamuis nullos habeat muſculos, per proprias fibras ſi quicquam ſecus aut alienum ei aliquando contigerit, ſeſe

Digitized by Google

ſeſe dilatat & vehementer commouet ad illius expulſionem, vt videre eſt per ructus, nauſeas, vomitus: ſingultus, qui affectus proportione quadam tuſſi, horrori, oſcitationi, pandiculationi, motuiq́ue conuulſiuo reſpondent, quoniam in illis omnibus partes ad rem noxiam expellendam irritantur naturaliter, ſingultus itaque cum ſit motus quidam qui tandiu eſt quamdiu ſit, non poteſt eſſe morbus nec cauſa morbi niſi valde remota, ſed reponendus inter ſymptomata actionis læſæ, non ſublatæ, quia fit, non imminutę quia violenter fit, ergo erit deprauatæ, propter naturam cauſæ morbificę à qua inducitur, ſi quidem contingat extra latitudinem ſanitatis; eſt enim de genere eorum ſymptomatum quæ in vtraque conſtitutione accidunt, ſic itaque definiatur. Singultus eſt deprauatus ventriculi motus, per quem ſeipſum cum ſonitu excutit ob ſtimulatam expultricem à cauſa præter naturam, Hippocr. & Galeno ſingultus quædam conuulſio dicitur, non quod in muſculoſo genere contingat vt vera conuulſio, ſed quod in genere & cauſis deprauati motus, cum ſpaſmo muſculorum conuenit, eſt enim hîc deprauatus motus ventriculi, quoniam ventriculus dum naturaliter mouetur ad retinendum vel expellendum, id quod in ſua capacitate continetur, ſeipſum per fibras ſuas obliquas & tranſuerſas colligit & coarctat à circumferentia ad centrum: in hoc verò affectu reuoluitur contra à centro ad circumferentiam, & elidit ſpiritum in externis contentum vnde ſonitus, ita vt in ſingultu maior ſit & violentior motus quàm in vomitu, ex ſententia Galeni libro tertio de ſymptomatum cauſis. Pro-

Digitized by Google

pterea quod ſingultus cauſa,non in ſpatio & inanitate ventriculi verſatur,ſed in tunicis eius eſt immerſa. Quamuis enim Auicenna vomitum maiorem motum appellarit,hoc fit ratione excluſionis materiæ, non autem conatus naturæ,qui multo vehementior eſt in ſingultu:itaque ſi ſingultum prout motus eſt cóſideremus, certum eſt per eum affici totum ventriculum,ſi verò rationem habeamus partis illius quæ cauſam morbificam ſuſcipit; credibile eſt illam magis eſſe in ſuperiori parte verſus orificium,quia magis eſt ſenſibile quamuis non negemus & in parietibus ipſius & in ipſo fundo, imò etiam aliquando ipſi œſophago inhærere, quia iſtæ omnes partes membroſæ ſunt & ſatis exquiſiti ſenſus.

Cauſas autem ſingultus, ſeu morboſas diſpoſitiones à quibus pendet,duas agnouit Hippocr. inanitionem ſcilicet & repletionem ad quas aliæ omnes referri poſſunt,commodius erit tamen tertiam cauſam adiungere quam Arabes non proportionatam ad materiam dixerunt,quando ſcilicet ex tenui quodam vapore,qualitate potius quam quantitate noxio,punctione, vlcere, calore frigore & ſimil. (quæ ipſemet Gal.agnouit cauſas ſingult. comment. in aphor. 39. ſect. 6.) perculſus ventriculus vt & neruoſum genus ſeſe concutit & commouet: aliæ cauſæ in ſingultu ſanorum manfeſtiſſimæ ſunt, ita tamen vt irritatio quædam illi ſemper coniuncta eſſe videatur:per inedias enim aut tranſactam cibandi horam in voracibus potiſſimum hominibus ventriculus irritatus conmmouetur ac velut ablatrat donec aſſumpto cibo illa irritatio tollatur

ac

ac corrigatur; cõtingit & in iiſdem ſingultus à cauſa non proportionata, ob acrimoniam alicuius rei vellicantis ventriculum, ſic multi ab aſſumpto tantillo ſinapi, piperis aut rutæ, quod de ſeipſo narrat Galen. potiſſimum ſi aliquid vini ſuperbibant, quod iſtarum rerum acrium vim multiplicare poſſit fieri ſolet, fit denique in ſanis ob veram repletionem eámque triplicem, flatuoſam ſcil. crapuloſam & humoralem, quidam enim vbi multum locuti ſunt aut iracundia perciti, potiſſ. ſi frigidiorem habeant ventriculum, ex commotione flatulenti ſpiritus ſingultu corripiuntur: ſimiliter qui præter morem vino ſe ingurgitant, vel quibus corrupti ſunt in ventriculo cibi ab heſterna crapula ſæpè ſingultire ſolent, donec concocti aut ſaltem diſtributi fuerint, quemadmodum hi quibus glutinoſi humoris quædam portiuncula, firmiter interno aut externo tunicarum ſpatio adhæſit: quod cum intelligeret Eryſimachus ille Medicus apud Platonem in conuiuio, Ariſtophanem ſingultientem iuſſit paulo ſpiritum cohibere, vt ſi qui eſſent in illius ventriculo flatus diſſiparentur, cohibita enim reſpiratio longas oſcitationes & ſingultus curat ex Hipporc in coac. peruadente ſcilicet calore vitalium partium ad naturales, ex compreſſo diaphragmate; quod cum non ſucceſſiſſet aquæ potu id præſtare conatus eſt, ad cohibendam calidiorem ventricul. intemperiem, ſi quidẽ loquendo aut alio modo eſſet contracta vel etiam ad eluendum acriorem ſuccum ſi quis ſubeſſet, tandem his duobus fruſtrà tentatis ſternutationem proritauit, excuſſitque materiã adhærẽtẽ vẽtriculo firmiter ex aphor. 13. ſect. 6. vulgus

Digitized by Google

in compeſcendo hoc ſanorum ſingultu, modo inſperatæ rei & triſtis obiectum proponit, aliàs aliquid obſcurum in medium adducit, modo timorem incutit, aut vultum ſubito aqua inſpergit, vt ex hac quaſi ſpirituum agitatione diſſoluatur cauſa ſingultuoſa, quidam comprimunt vtrumque digitum qui medicius dicitur, vt ex eo doloris ſenſu, conuertatur alio vis materiæ. Iubent etiam erectum corpus ſtatui, quia ſic minùs opprimitur ventricul. à circumſtantibus partibus, atque hæc in ſingultu ſanorum viſuntur.

In ægris autem ſimiles diſpoſitiones viſuntur, ſed multo violentiores excitare ſolent ſingultus, non ſolum per idiopathiam, ſed etiam per ſympathiam; ſiquidem per inflammationes, tumores viſcerum in epigaſtrio contentorum, ſingultire ſolet vétriculus, potiſſimum hepatis in cuius conſenſum facilè trahi ſolet partium vicinia, & neruorum connexione quos Hippocr. breuiſſimos appellauit lib. 2. epid. partium compreſſione aut communicata humoris feruidioris portione. ſequitur etiam ſingultus grauiora cerebri vulnera, vt & diaphragmatis & inteſtinorum affectus, vnde hernioſis ſingultus cõtingere videmus, delapſo in ſcrotum omento, aut inteſtino in ileo ſeu voluulo, quia reuoluuntur supernè humores & flatus. Idiopathicus verò ſingultus dici poteſt, quando iſtæ cauſæ ventriculum occuparunt & ibi ſedem ſuam fixerunt, ſic ab inanitione ſeu abſumptione partium humidarum contingit ſingultus per immodicas vacuationes, ſiue arte, ſiue natura factas, quas ipercatharſes Hippocr. vocat. Item in lypiriis & ſyntecticis febribus, quæ ſummam humi

humidi primigenij copiam exhauriunt, potiſſimùm in partibus exanguibus & membranoſis qualis eſt ventriculus: à repletione autem fit ſingultus idiopathicus, vt quando per intemperies frigidiores ventriculi, multa ibi flatuum copia colligitur, vel quando humores putridi, quantitate moleſti, vel viſciditate præditi illius tunicis adhæreſcunt. Denique cauſa non proportionata ad naturam in ægris excitare poteſt ſingultum, vt videre eſt per intemperies calidas vel frigidas, vulnera, vlcera, auram venenatam & peſtilentem, à partibus internis vel externis rebus ad ventricul. delatam, quorum omnium rurſus variæ cauſæ ſunt ex rebus naturalibus non naturalibus & præter naturam.

Quod ad diagnoſim ſpectat, cum nulla ſit pars in toto ventre inferiore, quæ huiuſmodi ſonitum verſus ſuperiora edere poſſit, ex ipſo ſymptomate ſeu actione læſa, velut ſigno ſenſibili elicitur pars effecta. Quod ſi dolor quidam ſeu cardialgia ſingaltui ſit coniuncta, credibile eſt partes ſuperiores ſeu orificio coniunctas ſeu propinquas poſſe eſſe affectas, vtrum verò ſympathicè an idiopathicè, ex aliarum partium affectarum notis quibus compati ſolet, deprehendendum. idiopathica enim affectio ventriculi, ſiquidem ab inanitione pendeat, cognoſcitur ex cauſis & affectibus qui illam comitari ſolent, vacuationes enim ingentes aut præceſsiſſe aut præſentes eſſe oportet, vel certè febres quaſdam aut inflammationes diſſipantes vel reſoluentes humidarum partium ſubſtantiam, vt plurimum autem iſta diſſipatio ſenſim & mora introducitur cum ſiti, colliquatione partium, linguæ ariditate, fit & ſingultus

ab inanitione quem Thucid. vacuum appellat & inter febris peſtilentis ſigna epigenomena enumerat, hîc eſt valde clangoſus & ſonorus vtpote vt in re vacua factus, & contra qui fit in plenitudine eſt magis interceptus & ſine tanto ſonitu ob pauciorem ſpiritum qui eliditur: vtrum verò pendeat à repletione flatuoſa aut humorali, coniicies ex cauſis præcedentibus, & quia humoralis ſæpius comitem habere ſolet vomitum, per quem excernuntur, bilioſa putria, pituitoſa vel melancholica, magno cum ægri commodo, ſi verò pendeat à cauſa non proportionata ad materiam vt intemperie ſimplici, vlcere, vulnere, aura venenata & ſimilibus, iſtorum ſigna ex propriis ſuis fontibus ſunt repetenda.

Quod ad prognoſim, horrendus eſt ſingultus qui ex ſympathia partium principum contingit, vnde in proret. vocis interceptiones cum ſingultu peſſimæ, quia ſequuntur grauiora vulnera cerebri, hepatiſque inflammationes vt eſt aphor. 17. ſect. 7. ſingultus omnis malum portendit, quia naturæ maximam compreſſionem ſignificat vel inſignem ventriculi exſiccationem, periculoſiſſimus etiam ille & mortis proximæ ſignum vt aphor. 10. ſect. 7. qui ſequitur ileoſam paſſionem. Denique apud Hippocrat. in coacis, in omni laborioſa febre continua, ſingultus omnis malum ſignificat, vt etiam in aphoriſmis, ſingultus poſt nimiam purgationem, poſt vomitum, aut largiori hemorragiæ ſuperueniens lethalis, ſæpe conuulſiones vehementiſſimas prænuncians, ſingultus enim in nobis vix quicquam boni poteſt indicare, ſed vt plurimum ſummam naturæ deiectionem, vel compaſſionem, eſt tamen ſingultus aliquis

Digitized by Google

criticus, i. excretiones illas ſalutares, quæ per vomitum aut alui fluxum fiunt præcedens, ſed tunc reliqua omnia conſentire debent in bonum, & vires imprimis conſtare, quibuſdam ſingultus viſus eſt periodicus, vt in honeſtiſſima quadam Monſpelienſi fœmina, quæ per ſex menſes hos ſingultus paſſa eſt, incipiens ab hora meridiana vſque ad mediam noctem.

Quod ad therapiam hæc inſtituenda eſt ſingulis ſuis cauſis aptata; ſi ſingultus ſit ſymptomaticus, morbis primariis proſpicietur, ex lege inſtitutionū therapeuticorum, ſi ſit ab inanitione & exhauſto, diutiúſque perſeueret, plerumque mortis propinquæ eſt prænuncius: itaque cum prognoſtico eſt relinquendus, propagandæ tamen vitæ cauſa, inſtituendus eſt victus analepticus iam à nobis ſæpius deſcriptus, & inanitionis cauſæ quantum fieri poterit corrigendæ. Controuerſia eſt inter Hali. & Serapium de cura huius affectus, ille frigida actu vt iulepos aquam frig. vel roſ. vna cum mucilag. ſem. pſillij præſcribit, hic aquam tepidam, ol. amygdal. dulc. iuſcula, conſummata, lac caprill. & omnia humectantia, cum caliditate modica, exhibet: ita tamē res conciliari poteſt, vt ſi ſit inanitio ſimplex, abſque vlla caliditate præter naturam, eligantur calida humidáque, & ſubſtantiæ corporis analoga, ad celerem refectionē: ſi verò adhuc ad ſit feruor, qui humiditatem partium depopuletur, refrigerantia modicè erunt ex vſu, vt cauſa iſta efficiens & augens affectum expugnetur, ſine cuius ſublatione ſperabilis non eſt huius inanitionis curatio: eadem ratione ſingultus non proportionatus ad materiā, ſi ab aliqua

intemperie occulta, venenato cathartico, aut ab aura aliqua maligna ab internis vel externis partibus irrumpente prodiderit: imprimis ea expoſcit quæ vacuent, reuellant, abluant, & cardiaca viſunt prædita: ſingultus denique à cauſa materiali, peculiarem ſuam therapiam habebit, pro varia natura humoris & flatus qui iſtum committet, ſi quid peculiare igitur hîc recenſendum ſit; laudantur in flatuoſa & humorali materia frigida, vacuationes ex hier. benedict. laxat. & ſimilibus frequenter repetitis, ad reſoluendum verò & incidendum ſumitur frequenter acetum ſquillitium, tenent frequenter in ore caryophill. itẽ Caſtor. ʒ j. diſſolui poteſt in ℥ iij. vel 4. ſucci menth. capiat cochlear vnum vel duo vrgente acceſſione & eodem calido inungatur ventricul. bis in die: ſeminis aneth. ʒ ij. vel iij. decoquantur leuiter in vini generoſi ℥ viij. de quibus ℥ j. ſumat mane & ſero, ſemen autem illud incluſum linteolo naribus frequenter obiicitur. Arabes ad hanc paſſionem valde laudant aquam mellis mane ad ℥ iij. cum ʒ j. ſeminis vrticæ puluer. quia potenter diſcutit & incidit: ad idem faciunt puluis galangæ decoctum ſchenant. & corticis piſtac. alij ante cibum per 3. horas exhibent ℥ ß. rad. zinziber. recentis & viridis ſacchar. conditi & poſtea iubent vini maluatici vel muſcatelli cyathum vnum exhiberi: pilul. merſuæ ad ſingultum à cauſa frigida alterantes & pugantes accommodatiſſimæ ſunt.

℞. caſtor. & myrrh. ana ʒ iij. ſatis gemmæ ʒ ß. diagred. & maſtich. ana ʒ j. agaric. recent. troch. ʒ iij. alo. elect. ad pondus omnium excipiantur ſucco. menth. & fiat pilul. maſſ. de cuius ʒ j. fiat pilul.

vj.

vj. deauratæ, cap. 2. vel 3. cum ſurgit è lecto bis in ſeptimana: intermediis vero diebus vtatur puluer. ſequente cum pauco vino odorif.

℞. ſemin. anathi ℥ ß. zedoar. ligni aloes nuc. moſc. cariophyll. puluer. diambr. ana ʒ j. cap. ℈ ij. vt dictum eſt vel adde ſalis communis ℥ iij. vtatur pro condimento ciborum ordinar. admoueatur etiam ventricul. emplaſt. vel cataplaſm. quod huiuſmodi facultate ſit præditum.

℞. rad. ariſtol. long. ireos flor. baccarum lauri folior. ruth. & menth. ſicc. ana ʒ iij. caſtor. & myrrh. ana ʒ ij. cariophylli & hypochiſt. ana ʒ j. incorporentur omnia cum melle anthoſ. in formam cataplaſm. quod erit ventricul. admouend. Tandem ad phœnigmon & viſicatoria erit veniendum, ſi affectus ſit pertinacior: in huiuſmodi etiam affectu, duo generoſiſſima remedia vſurpari poſſunt nempe decoctum guaiaci in plures dies inſtitutum & aquæ thermales quales ſunt bellelucanæ potu enim & balneo conuenienti inſtituto, vt & fotu prædictam ægritudinem curarunt. in cauſa autem calida & humorali, inſtituta prius conueniente victus ratione phlebot. ſi opus fuerit, cucurb. friction. & ligaturis extremorum poterunt præſcribi ſequentes pilul. 3. quoque die repetendæ.

℞. rhab. elect. tenuiter puluer. & aq. endiu. donec imolleſcat irrorat. ℥ ß. pulp. tamarind. drag. ij. ſem. end. portul. & ſpod. ana dragm. j. ſantal. citrini & diagred. ana ʒ ß. cum ſyrup. de limonibus fiat maſſ. formentur pilul. 4. vel 5. quæ dentur mane vt dictum eſt: aliis vero diebus ſumat conſeru. roſ. & borrag. cũ pauco puluere triaſant. aſperſum vrgẽte

verò hoc affectu & malo ſæuiente, confugiendum erit ad ſolertiora narcoticorum genera, vt ſenſus partis quodam modo obtundatur, & humoris ferocitas corrigatur, inter quæ requies nicolai dicta vel elect. aſyncriton. primas obtinere videtur. & hæc de particulari ſingultus curatione ſufficiant.

De nauſea & vomitu.

Capvt Octavvm.

EXpvltrices ventriculi facultates non ſolùm in ſingultu ſed etiam in vomitu & cholerica paſſione eluceſcunt, ναυτία igitur ψανισμὸς ἀνατροπὴ ἔμετος nomina ſunt apud Hippocr. & Galen. quibus vomitiones perfectæ vel imperfectæ ſignificantur: perfectas verò in quibus aliquid ſenſibiliter excluditur, & per concuſſionem inſignem ventriculi: imperfectas verò quæ ſimplici ſaliuatione ructibus quibuſdam & ἀλυσμῷ terminantur, id eſt, anxietate vt in nauſea & ſupinitate videre eſt, quàm ideo vocat Auicenn. motus cõuulſionis, quem non ſequitur motus conuulſiuus; illis itaque vt minoribus affectibus & quorum cauſa & curatio eadem ſunt relictis, ad huius naturam explicandam nos conuertemus. Vomitus itaque eſt motus ventriculi concuſſiuus, quo aliquid ſenſibile per os confertim excluditur quantitate vel qualitate moleſtū: eſt enim motus concuſſiuus & deprauatus, tum ratione obiecti moleſtãtis, tũ ratione motus ipſius qui fit

fit à fundo verſus orificium quaſi per ſubuerſionem,cum naturalis ventriculo motus fiat compulſiuus verſus inteſtina & pylorum: additur autem, quo aliquid ſenſibile per os confertim excluditur. vt hac ratione diſtinguatur à ſingultu, nauſea, ſupinitate & ructu, in quibus lenta inſenſibilis aut parua eſt excretio, adde quod in ſingultu, ea quæ propriis ventriculi tunicis impacta ſunt excludere conatur natura laborioſè, per vomitum autem ea quæ in capacitate veluti ſtagnantia continentur, maiori facilitate & celeritate expellit, idque per os tantùm: vnde ſecernitur à cholerica paſſione,in qua ſimul & ſemel per inferiora & ſuperiora vitioſi humoris excretio contingit, quoniam verò primùm mouens naturam ad iſtas excretiones vel eſt internum vel externum: ideo vomitus diſtinguitur in naturalem & artificialem. Rurſus quoniam natura hos vomitus proprio impetu peragit vel extra conſtitutioné morboſam vel morbo obſeſſa: ideo diuidimus vomitum in periodicum criticum & ſymptomaticum:periodicus autem eſt qui extra morboſam conſtitutionem, & velut à natura aſſueta exercetur præcautionis cauſa & certis temporum ſpatiis repetita,vnde apud Hippocr. & alios medicos authores legimus antiquos bis in menſe continuis aut interiectis diebus vomere ſolitos, & multi ſunt hoc noſtro tempore qui abſque vlla noxa ſolent ſingulis ſeptimanis aut certo quodã die magnam bilis & pituitæ copiã excernere quos Hippocrat. in proret. vocat ἐνεμετικοὺς criticus autẽ vomitus is dicitur qui in morbo quidẽ cõtingit acuto vel chronico,ſed bonis ægri rebus,poſt coctionis notas, & die laudabili

cum

cum inſigni naturæ robore per quē terminatur vel imminuitur illa diſpoſitio;ſymptomaticus verò eſt opus naturæ coactæ aut debilitatæ,quæ neque copioſè neque confertim aut ſaltem cum ægri alleuatione non contingit,itaque de eius cauſa inſtituenda eſt tantùm therapia,cum periodicus & criticus, ſolius naturæ ſagacitati ſæpius relinquantur: aliæ ſunt differentiæ vomitus ab excreto & excernendi modo,ab excreto quidem,nam alias vtilis,alias inutilis materia excernitur,alibilis vel excrementitia, rurſum alibilis vtiliſque materia eſt quando ſanguis vel purus,vel mixtus, cibus nondum confectus vel chylus excluditur:inutilis verò ſeu excrementitia eſt animata vt lumbrici,vel inanimata, vt pituita bilis vel melanch. ſola vel permixta, vel ſanies,pus,aut ichor ex rupto interiore aliquo abſceſſu,quorum omnium variæ ſunt cauſæ externæ internæque paucis percurrendæ. Ictus itaque, caſus compreſſio circa epigaſtriū, & ſimilia violenta vomitum ſæpe excitarunt irritato ventricul. aut ſurſum compulſa materia quę in illo continebatur,vel effuſo in illius ſpatia ſanguine propter venas aut arterias diſruptas:aër etiam auſtrinus vel contagioſus,aura venenata,fœtidus odor,exercitationes violentæ vt choreæ ſtatim à paſtu,ſuccuſſatio equi,nauigatio in mari potiſſimum flante auſtro, alui diuturna ſuppreſſio,veſicæ & vteri,aſpectus vel imaginatio rei fœdæ vel exoſæ,ferocior iracundia & ſimiles cauſæ externæ vomitum excitare ſolent,quia naturam irritant vel humores conturbant. inter illas autem aſſumptorum vis eſt potiſſima,ſiue enim medicamentorum ſiue alimentorum aut veneno-

rum

Digitized by Google

excrementorum. Conuenient itaque carnes delicatorum & ſiccorum animalium, vt auicularum, columbarum, perdicum, turdorum, gallinarum iuniorum & teneriorum aſſæ potius quam elixæ,& in ſumma laxitate & frigiditate ventriculi, cinnam. & caryophil. fruſtulis myrthæ aut ... iſci confixæ,dein optimo aceto in quo nuc.moſch. fruſtula macerata ſint conſperſa: item panis biſcoctus & anyſatus, myua cidoniorum cum aromatibus, gelatina ex iuſculo conſummato cum cinam.vino albo granis aliquot moſc.& ſacchar.confecta:panatellæ ex pane torrefacto paratæ item nuces iugland.conditæ,cortices citr.& arant. poſtrema menſa ſumpti vt robur concilient ventriculo: ad detergendum verò & medendum, imperentur oliuæ muria conditæ,cappares fœnicul.marinum & conditum illud quod vulgo aqua ſalis nominatur quæ nihil aliud eſt quam muria ex ſucco perdicum aut alterius carnis toſtæ cum ſucco arantiorum aqua & pauco ſale parata. Denique pro potu vtatur vino generoſo & aſtringente quod dilui poterit aqua ferrata,aut etiam paretur ptiſana ex decocto cinnam.& pauco maſtich. In quantitate etiam qualitate & ordine ciborum reliquiſque rebus non naturalibus obſeruet ea quæ jam inter cauſas propoſita fuerunt, poſtmodum in remediis ſpectandum erit, vnde huiuſmodi humor excrementius ducat originem, vtrum ex cerebro,liene,vtero & ſimilibus partibus, tunc enim reuellendus & deriuandus, ipſique erit accuratè proſpiciendum: quæ vero in ventricul. continetur materia præparanda & vacuanda, intemperiéſque partis corrigenda, & robur conci-

liandum: humor itaque craſſus & lentus præparabitur oximelite ſimpl. & ſquill. ſæpiùs ex cochleari ſũpto. mell. roſ. ſyrup. de abſynth. & hyſſop. de tuſſilag. de menth. à Meſ. deſcripto & ſimilibus quæ diſſolui poterunt ſi ita videbitur conueniente aliquo liquore vt fiant iulepi, præparatus humor aut ſine præparatione quando ad excluſionem ſatis apparet idoneus artificioſo vomitu qui naturam in ſuo conatu iuuet, excludẽdus benigniore aut valentiore pro condiione humoris, vt

℞. hord. integri p. j. radic. raphani ℥ ß. ſeminis anethi & vrt c ana ʒ j. florum geniſtæ p. *j*. fiat decoctio in aqua liquiritiæ vel communi in cuius ʒ viij. diſſol. oximel ſimpl. vel ſyrup. de duabus radicibus ℥ *j*. ß. capiat tepidè manè ieiuno ventriculo aut quando vomitus vrgebit magis, contineat parum, dein immiſſis in fauces digitis, aut penna oleo intincta, proritetur vomitus: ſi velis valentius agere adde radic. raph. vel ℈ j. elleb. albi, ſed quia corpora non ſunt hodie magnis vomitibus aſſueta, ideo melius eſt benignoribus vti, frequentius repetitis. Interim ne augeatur hic motus nimium, aut natura illi diutius aſſueſcat, ſollicitanda erit aluus acrioribus glandibus & clyſteribus purgantibus, vt ſcilicet reuulſio ad inferiora fiat: itaque ſic præſcribatur.

℞. radic. ireos noſtrat. & liliorum ana ℥ ij. fol. pulegij. origã. abſynth. betæ mercur. ana m. j. foliorũ ſennæ mundat. & agaric. vilior. ana ʒ j. ß. ſemin. ebul. cartham. & aniſ. ana ʒ ij. florum anthos geniſtæ & tamariſ. ana p. *j*. decoquantur in aqu. communi vel vrina pueri impubis ad ℔ j. in qua diſſol. hieræ picræ & benedict. laxat. ana ʒ vj. mellis roſ.

℥ ij. fiat

℥ ij. fiat clyſter qui iniiciatur frequenter, & retineatur diu, fungetur enim vice apozemat. purgant præterea cathartica medicamenta non ſunt hîc negligenda, ſæpe enim iſtos vomitus compeſcere ſolent, ſublata cauſa à qua concitantur, & repulſis humoribus verſus inferiora: ſumatur itaque dra. j. pilul. aur. ſine quibus, de agaric. aggregat. cum pauco ſucco menth. malaxentur, quod ſi intenſio ſit, magis cohibere vomitum quam purgare, debet tantùm drag. ß. iſtarum pilularum cum ℈ *j*. rhab. puluer. & cum aqu. abſynth. incorpor. exhiberi: ad idem faciet puluis radic. mechoac. ad drag. j. ß. cum iuſcul. vel conſeru. roſarum ſumptus, aut etiam bolus ex diaſenn. diaphœn. & ſimil. iſtis enim ſæpiùs iteratis expurgabitur humor, tum in corpore redundans, tum ventriculi parietibus adhærens, interea exhibeantur alterantia & roborantia ventricul. vt tabell. aromat. roſ. puluer. diambræ confect. de hyacinth. opiata Salomonis theriaca antiqua ex quibus talis parari poterit medicamenti formula.

℞. confect. de hyancinth. drag. ij. cõſeru. rad. ſymph. & roſarũ ana ℥ iij. puluer. elect. diambr. & arom. roſ. añ. ʒ ß. trochiſchi de ſpodio, tetræ ſigill. & granorũ chermes puluer. ana ℈ j. cũ ſymp. cydoniorũ fiat opiata vel cum pauco ſacchar. paretur conditum auro coopertum de quo capiat ſæpe ex cochleari, ſuper bibendo parum vini generoſi aut aq. abſynth. ſunt qui exiſtimant guttas aliquot eſſent. vitriol. in aqu. abſynth. vel ſucc. menth. diſſol. validiſſimè vomitum ſiſtere & ventricul. corrobor. alij probant aliquot aq. imperialis coclearia, manè aut poſt vomitum ſtatim exhibita, vt frigidior partis

intemperies corrigatur & reliquæ humores abſu-mantur, in diuturniore vomitu Arabes præſcribunt potentiſſima aſtringentia, vt

℞. cortic.mal.granat. balauſt, & hypochriſt. ana dra.j. fol.ſicc.menth.& abſynth.ana p.j.ſem. myrth. & ſumach, ana ℥ j.roſ.purpur. cinnam. cariopyll. & maſtich. ana ℥ ß.gallarum virid.& nuc.cupreſſi ana ℥ ij.fiat decoctio in aq.ferr.& vino rubr.in quo diſ-ſolui poſſunt grana aliquot moſchi,quia odorata vt dicebamus maximè faciunt ad vomitus compeſ-cendos,cuius decocti portionem exhibent per os ad ℥ij.manè & ſero ex alia verò faciunt fotum ſu-per ventricul.quem poſtea aſpergunt puluere gra-norum cherm.thur maſt.& cariophyll.vnde etiam ad hoc eſt efficaciſſimum remedium quod ex cruſta panis optimè torrefacta in ſucco menth.& vino ge-neroſo immergitur.inſpergatur prædicto puluere: aut applicetur emplaſtr.de maſtich.emollitum cum oleo lentiſcino,Phœnigmis denique & dropacibus contra nimis pertinacem vomitum erit agendum, partim vt corrigatur intemperies partis, partim e-tiam vt natura vi doloris & caloris compulſa mo-tum ſuum ad inferiora reuocet. Ad id commendat maximè Villanouanus fermentum acre quod aceto acerrimo & ſucco menth. maceratam applicetur ventricul.& bis aut ter renouetur, certiſſimè enim ſedat poſt conuenientes purgationes & reuulſiones vomitus iſtos materiæ excrementitiæ.

De

De curatione vomitus ſanguinei.

VOMITVM ſanguineum vocat Hippocr. in coac. ἔμετον, ἔρυθρον, quaſi dicat rubrum & purpureum vomitum, quod non ſolum complectitur excretiones humoris iſtius ex ventriculo, ſed etiam ex pectore & pulmonibus, vt etiam videre eſt aphor.3.ſect.16.quando ſanguinem ſpumantem vomunt,& libro de fracturis, καυτίασιν βλεβῶν, quidam iſtum affectum interpretantur, Galen. autem de ἐκχύμωσι ſeu de contuſione, quando ſcilicet colliſæ venæ effundũt ſanguinem in vacua partis ſpatia: quidquid ſit propriè ſumptus ſanguinis vomitus eſt illius ex ventriculo,per os excluſio,ſiue in eo ſit collectus ſiue aliunde illapſus vt cerebro, liene,hepate obſtructo vtero,hæmorroidibus,tũc enim ſanguis,velut res aliæ præter naturam,nimia quantitate, vel qualitate mala affectus quam facilè concipit, extra ſuos proprios limites venam ſcilicet & arteriam effuſus ſurſum deorſúmque præter naturam excernitur,porrò ſanguis vndecúmque fluat,ſequitur aliquem venæ aut arteriæ affectum,qui ad ſolutiones continui eſt referendus, ῥῆξιν ſcilicet vel anaſtomoſim;vbi verò eroſio ſeu conſumptio ſubſtantiæ in illis partibus contingit διαβρόσις appellatur:ruptionis autem & apertionis eædem ſunt cauſæ,vt docet Galen.lib.5.menth.internæ vt vaſorum imbecillitas,ſãguinis multitudo aut vitiata qualitas, quæ ad tenuitaté aut acrimoniã potiſſimũ refertur: ad externa verò referũtur omnia vulnerãtia cõtundẽtia,diuellentia,hoc videre eſt in mulierculis quæ non

non purgantur per vterum & athletis, reliquiſque hominibus plethoricis vel quibus aliquod inſigne corporis membrum detruncatum, iſti enim ruptionibus & apertionibus venarum valdè ſunt obnoxij quando potiſſimum commouentur iracundia, vociferatione, ſaltu, vomitu & ſimilibus violentis: apud Hippocr. etiam frigus dicitur hemorragicum & φλέβωνρυπτικὸν quia conſtringendo vehementer venam vel alteriam ex vna parte, & alia inſigniter diſtendendo ſequitur ruptio, pariter æſtus violentior hoc præſtare poteſt ob ebullitionem quæ tunc ſanguini contingit, vnde etiam iuuenes ad 35. vſque annum hæmorragiæ & ſanguinis ſputationi maximè habentur oportuni, quia tunc maximè ſanguis feruet: diabroſim verò excitant, acria omnia & putrefacientia extra vel intra poſita, intus verò à catharro ferino & ſalſo humore æruginoſo aut putreſcente, puſtulis vulneribus & ſimilibus malignam qualitatem concipientibus, extra verò cauſticis, ſepticis, i. acribus & exulcerantibus ſumptis & admotis, ſunt qui iſtis διαπήδησιν addũt quaſi dicas tranſcolationem vel ob vaſorum raritatem, vel materiæ contentæ tenuitatem: ſed hæc facile, quod ad cauſas & curationem ſpectat ad anaſtomoſim referri poteſt.

Quæcunque igitur iſtarum cauſarum in fauces œſophagum aut alias quaſcunque partes inciderit ex quibus affundi poteſt ſanguis in ſpatia ventriculi, concitabitur ſanguinolenta vomitio: an verò in ventriculo poſita ſit affecta ſedes, an verò in aliis partibus, diſtinguendum eſt accuratè, ac proinde ſi ex capite delabatur iſta ſanguinolẽta materia ſẽtitur quædam titillatio circa fauces & palatũ ipſéque

ſan

ſanguis rubro colore viſitur, cuius pars aliquando per nares emungitur muco permixta, præceſſit aliquis capitis dolor aut grauitas quæ poſt talem hæmorragiam ſedatur, ſin vero ex œſophago & faucibus excernatur, in his partibus ad eſt dolor & fluctuationis ſenſus, potiſſimùm dum aliquid deglutiunt: ex liene autem & iecore copioſior effunditur, ex liene quidem craſſus, globoſus, niger: ex iecore autem rubicundior & quodammodo ſpumans: ſin verò ex vtero & hæmorroidibus refluat iſta ſanguinis quantitas, erit earundem vacuationum ſuppreſſio, aut ſaltem imminutio: quod ſi ex ipſo ventriculo effundatur ſitus partis & doloris ſenſus in eo continuus aut ſaltem grauitatis, adde quod non eſt tanta quantitatis, ac ex aliis partibus propter venarum ipſius exiguitatem. vtrum verò ab aperta rupta vel exeſa vena effundatur ita diſtinguendum erit, vt ſcilicet ab aperta, & rupta vena maior copia & impermixtus eiiciatur, qui vero ab exeſa minori quantitate, pituita alióve humore perfuſus, malóque odore præditus eſt quia diutius cunctatur in parte, niſi tandem aucta diabroſi valde, ipſius partis fruſtula erodantur, vnde etiam copioſa hæmorragia ſubſequitur: ita vt ſenſim & cum morſu ſeu aliquo ſenſu doloris exoriatur, reliquæ autem cauſæ confertim & ſine vllo aut pauco dolore fiant.

Quod ad prognoſim attinet pronunciauit Hippocr. aphor. 15. ſect. 4. ſanguinem qualemcumque ſupra emiſſum infauſtum eſſe, & malis ægri rebus apparere, & quotieſcunque vomitioni ſanguinolentæ coniungitur febris aut inflammatio lethalem magis eſſe quã ſine illis, tum quia impedit pro-

priam

priam illius curationem, tum quia ſanguinem fluxioni magis aptum reddit. attamen quoties vomitiones iſtæ violentæ pendent à cerebro, vtero aut hæmorroidibus ſuppreſſis, vt plurimum ſalutariter finiuntur: nam ex aphor. 32. ſect. 5. mulieri ſanguinem vomenti menſibus erumpentibus fit ſolutio, ſin verò ex faucibus œſophago aut ventriculo effundatur, moleſtiam quidem parit, commodius tamen curatur quam ſi ex hepate aut liene prodeat; quidquid ſit affectus iſte nunquam negligendus ſed ſumma cura ſtatim pertractandus, vel enim nimia ſanguinis effuſione, imminet periculum ſubitaneæ mortis, vel etiam ſi intus corrumpatur & putreſcat & in grumos conuertatur parit ſuffocationem & ſyncopem.

Tota igitur therapia huius affectus, in duas partes diſtinguenda, potiſſimùm pro ratione cauſarum vna quidem quæ diabroſeos ſiue exulcerationis venarum aut arteriarum, altera verò quæ rhixeos ruptionis ſeu anoſtomoſeos apertionis curationem tradit. Quod ad eroſionem attinet illa à nobis propoſita fuit cap. de cardialgia ab exulceratione ventriculi: ratione tamen ſymptomatum iuuari poterit illis remediis quæ nunc à nobis proponentur in cura ruptionis & apertionis, atque vt ſummatim indicationes proponam, rupta vena agglutinantibus & emplaſticis aperta aſtringentibus, exeſa ſarcoticis potiſſimum curatur, quibus refrigerantia addenda ſunt, tum ad repellendum impetum ſanguinis, tum etiam corrigendam inflammationem, quoties iſtis affectibus coniuncta eſt, vt iſta igitur accuratius tradantur imprimis conſtituenda victus

ratio

ratio conueniens, eligatur itaque aut arte comparetur aër frigidiuſculus extra ventorum flatus ſolis & lunæ radios, quia iſta humores commouent omniſque color rubeus ab ægrotantis aſpectu remoueatur, propter eandem cauſam ſomnus ſit modicus nocturnus ſcilicet & non diurnus, quamuis enim ſomno iſtæ vacuationes ſiſti videantur, ſi tamen fuerit diuturnior, periculum eſt ne ſanguis verſus interiora vt ventriculum feratur, aut ibi diutius moretur, aluus fluxilis & libera eſſe debet reuulſionis cauſa, & crebro lenie͠tibus clyſteribus ſolicitanda. Imprimis vitandus omnis corporis motus, nimia etiam locutio, riſus & animi affectus, ira præſertim & mœror. Quod ad alimenta attinet, ſi validiores ſint ægri, inedia valdè erit ex vſu, quo minus enim ſanguinis generabitur, eo minor erit fluxio, & partes inanitæ maiorem ad ſe trahent copiam, vitent omnia acria calfacientia & aperientia, vt ſunt ſalſa, piperata frixa & ſimilia item euchyma & quæ multum ſanguinem generant niſi quando collabi vires videantur, ad quorum refectionem illa aliquando ſed parca manu exhibenda erunt, offerantur igitur refrigerantia actu & poteſtate talia aſtringe͠tia & emplaſtica, vt cremor ptiſanæ, amygdal. amylum cum lacte coctum, addendo ſemper aliquid mali punici vel aceti roſ. mica panis aqua frig. macerata, panatellæ, gelatinæ, oriza, ſemola, iuſcula pullorum cum oxal. portul. plantag. & granis vuæ acerbæ parata, oua indurata & aceto intincta, piſces glutinoſi cum omphacio ſine oleo & aromat. parati, pedes & inteſtina, capitáque veruecum, hœdorū, & vituli ad putrilaginem vſque decocta, in principio autem

men

menſæ ſumat ſemper aliquod aſtringens, vt malum cydonium, pyrum aut pomum auſterum ſub cineribus coctum, aut myuam cydon. gelatinam ex ceraſis acidis ſorbis meſpylis aut cornis confectam: ſit autem potus exiguus, ex vino rubro auſtero, aqua pluuiali aut ferrata diluto; vel ſi adſit febris ſola aqua ferrata cum pauco ſucco granatorum, his ita conſtitutis ſi vomitus iſte à cerebro pendere videatur, & fluxione capitis, vteri & ſimil. partium, ſingulis erit pro varia eorum natura & affectu proſpiciendum. Iniecto itaque imprimis molli clyſtere antequam ſanguis magna copia per vomitum fuerit excluſa, aperiatur vena baſilica cubiti dextri, exiguo foramine, de qua mittatur ſenſim ſanguis & interpoſitis quibuſdam interualis ad once iiij. vel v. pro virium præſentium vel futurarũ ratione, quod ſi æger quodammodo plethoricus videatur, repeti poterit phlebotomia, poſt aliquot dies, ex brachio præcipuè ſiniſtro, ſi ſit ſuſpicio fluxionem à ſiniſtro latere originem duxiſſe: ſed interea, frictiones & ligaturæ dolorificæ fiant in extremitatibus partium, affigantur cucurbitulæ, natibus, cruribus & lumbis. Denique vtrique hypochondrio vt deorſum aut extrorſum compellatur ſanguis: ſi adſit ſuppreſſio conſuetarum hæmorroidum ſcapello aut admotis hyrudinibus denuò aperiantur, ſin verò menſtrua retenta ſunt, proderit ſaphænam vtriuſque malleoli ſecare. His peractis, conſiderandus ſanguis, qui vomitur aut reiicitur, ſi enim coagulatus fuerit, aut quadam putrilagine affectus, vt cardiogmon aut ſyncopē inferre poſſit incidēdus erit & leuiter diſſoluendus ſūpto leni oxicrato ſyrup. acetoſ. ſimplici aqua

aqua nucum,cum decocto ſerpyll.menth.pauca mumia & cinam.in aq.gram. vel fœnicul. diſſolut. his vbi grumi ſanguinis diſſoluti fuerint,& ſufficienter excluſi,aſtringendum erit & glutinandum ſumptis & admotis, ad hoc faciunt albumen oui diu agitatum cum aqu. roſ. & pauco aceto, dèinde conſperſum puluere amyli ex cochleari frequenter ſumptũ: puluis coralli vtriuſque tetr. ſigill. boli arm.lapidis hæmatitis conuenienter præparati diſſoluantur in aqua plantag. frequenter exhibeatur, quibus addit Auicennas quando vomendi impetus magnus eſt gran.j.aut ij.opij vel ſem.hioſciami,nihil autem habet Galen. ad compeſcendum ſanguinis fluxum ex quacunque parte præſtantius quam ſuccum plantag. recens extractum & actu frigidum ad onc. iiij. mane & ſero propinatum, empyrici laudant ſuum crocum martis ſeu ſcoriam ferri præparatam cum vino auſtero ſumptum, vel etiam guttas aliquot vitrioli olei cum aqua vel decocto ſymphiti, quod ſi ſuſpicio inultæ cuiuſdam cacochymiæ, non oberit aliquando infuſum myrabolanorum vel rhabarb.vſtulati puluer.ad drag.j.exhibere.

Exterius verò ſupra regionem partis affectæ admoueantur refrigerantia & aſtringentia vt ceratum ſantal. cum aceto, puluis boli armænæ diſſolutum cum ſucco plantag.aut virgæ paſtoris, vel paretur ſequens vnguentum.

℞. ſucciplantag. & centinod. an ℥ *j*.aceti roſ.℥ *ß*. olei omph.℥ vj. bulliant ad liquoris cõſumptionem deinde adde ſanguinis draconis maſtich. corr. granat.& ſeminis myrthi,an.ʒ ij.caphur. ℈ j.cerę rubrę q.ſ.fiat linimẽtũ quo inungantur prędictę partes ſub

Digitized by Google

re ſolent cucurbitul. dorſo & verſus vmbilicum cum multa flamma,quæ cohibeant illius impetum vinculis etiam dolorificis & frictionibus extremarum partium quædam reuulſio præſtari poteſt pedibus in peluim aqu.tepidæ immerſis,fauces vero & collum obuoluimus linteolis oxicrato imbutis, vt humores repellantur.Denique vrgente magis vomitu,narcoticis eſt vtendum vt confectione Nicolai ad ʒ j.cum eadem quantitate conſeru. roſar. ſic enim humoris acrimonia lenitur & exquiſitus vētriculi ſenſus obtundetur & aliquod quieſcendi interuallum naturæ præſtabitur:atque hæc de vomitu in cauſa calida.

De cura vomitus à materia frigida, & craſſa, pituitoſa ſcilicet & melancholica.

CONTRARIAM in hoc vomitu conſtituendam eſſe præcedenti therapiam,vtpote à contraris cauſis genitam,ſatis oſtendunt leges iudicationum curatiuarū. itaque in victus ratione, ſi quidem ſit pituita craſſa & viſcida calfaciendum attenuandum & detergendum:ſin melancholia dominetur,paulo minus calfaciendum ne torreatur,& in atrabilem degeneret, incidendum tamen & roborandum : quod ſi permixti ſint iſti humores inter ſeſe,aut cum aliis,omnia erunt moderanda pro vario illorum ſtatu,vtatur igitur æger in hoc ſtatu victu euchymo & facilis coctionis,quia in omni vomitu,vel laborat facultas concoctrix primaria , vel ſaltem à ſuo munere auertitur, oppreſſa quantitate

excre

excrementorum. Conuenient itaque carnes delicatorum & ſiccorum animalium, vt auicularum, columbarum, perdicum, turdorum, gallinarum iuniorum & teneriorum aſſæ potius quam elixæ, & in ſumma laxitate & frigiditate ventriculi, cinnam. & caryophil. fruſtulis myrthæ aut [illegible]iſci confixæ, dein optimo aceto in quo nuc. moſch. fruſtula macerata ſint conſperſa: item panis biſcoctus & anyſatus, myua cidoniorum cum aromatibus, gelatina ex iuſculo conſummato cum cinam. vino albo granis aliquot moſc. & ſacchar. confecta: panatellæ ex pane torrefacto paratæ item nuces iugland. conditæ, cortices citr. & arant. poſtrema menſa ſumpti vt robur concilièt ventriculo: ad detergendum verò & medendum, imperentur oliuæ muria conditæ, cappares fœnicul. marinum & conditum illud quod vulgo aqua ſalis nominatur quæ nihil aliud eſt quam muria ex ſucco perdicum aut alterius carnis toſtæ cum ſucco arantiorum aqua & pauco ſale parata. Denique pro potu vtatur vino generoſo & aſtringente quod dilui poterit aqua ferrata, aut etiam paretur ptiſana ex decocto cinnam. & pauco maſtich. In quantitate etiam qualitate & ordine ciborum reliquiſque rebus non naturalibus obſeruet ea quæ iam inter cauſas propoſita fuerunt, poſtmodum in remediis ſpectandum erit, vnde huiuſmodi humor excrementius ducat originem, vtrum ex cerebro, liene, vtero & ſimilibus partibus, tunc enim reuellendus & deriuandus, ipſique erit accuratè proſpiciendum: quæ vero in ventricul. continetur materia præparanda & vacuanda, intemperieſque partis corrigenda, & robur conci-

Digitized by Google

liandum: humor itaque craſſus & lentus præparabitur oximelite ſimpl. & ſquil. ſæpiùs ex cochleari sũpto. mell. roſ. ſyrup. de abſynth. & hyſſop. de tuſſilag. de menth. à Meſ. deſcripto & ſimilibus quæ diſſolui poterunt ſi ita videbitur conueniente aliquo liquore vt fiant iulepi, præparatus humor aut ſine præparatione quando ad excluſionem ſatis apparet idoneus artificioſo vomitu qui naturam in ſuo conatu iuuet, excludẽdus benigniore aut valentiore pro condiione humoris, vt

℞. hord. integri p. j. radic. raphani ℥ ß. ſeminis anethi & vrt c ana ʒ j. florum geniſtæ p. j. fiat decoctio in aqua liquiritiæ vel communi in cuius ℥ viij. diſſol. oximel ſimpl. vel ſyrup. de duabus radicibus ℥ j. ß. capiat tepidè manè ieiuno ventriculo aut quando vomitus vrgebit magis, contineat parum, dein immiſſis in fauces digitis, aut penna oleo intincta, proritetur vomitus: ſi velis valentius agere adde radic. raph. vel ℈ j. elleb. albi, ſed quia corpora non ſunt hodie magnis vomitibus aſſueta, ideo melius eſt benignoribus vti, frequentius repetitis. Interim ne augeatur hic motus nimium, aut natura illi diutius aſſueſcat, ſollicitanda erit aluus acrioribus glandibus & clyſteribus purgantibus, vt ſcilicet reuulſio ad inferiora fiat: itaque ſic præſcribatur.

℞. radic. ireos noſtrat. & liliorum ana ℥ ij. fol. pulegij. origã. abſynth. betæ mercur. ana m. j. foliorũ ſennæ mundat. & agaric. vilior. ana ʒ j. ß. ſemin. ebul. cartham. & aniſ. ana ʒ ij. florum anthos geniſtæ & tamariſ. ana p. j. decoquantur in aqu. communi vel vrina pueri impubis ad ℔ j. in qua diſſol. hieræ picræ & benedict. laxat. ana ʒ vj. mellis roſ.

℥ ij. fiat

Digitized by Google

℥ ij. fiat clyſter qui iniiciatur frequenter, & retineatur diu, fungetur enim vice apozemat. purgant prætereà cathartica medicamenta non ſunt hîc negligenda, ſæpe enim iſtos vomitus compeſcere ſolent, ſublata cauſa à qua concitantur, & repulſis humoribus verſus inferiora: ſumatur itaque dra. j. pilul. aur. ſine quibus, de agaric. aggregat. cum pauco ſucco menth. malaxentur, quod ſi intenſio ſit, magis cohibere vomitum quam purgare, debet tantùm drag. ß. iſtarum pilularum cum ℈ j. rhab. puluer. & cum aqu. abſynth. incorpor. exhiberi: ad idem faciet puluis radic. mechoac. ad drag. j. ß. cum iuſcul. vel conſeru. roſarum ſumptus, aut etiam bolus ex diaſenn. diaphœn. & ſimil. iſtis enim ſæpiùs iteratis expurgabitur humor, tum in corpore redundans, tum ventriculi parietibus adhærens, interea exhibeantur alterantia & roborantia ventricul. vt tabell. aromat. roſ. puluer. diambræ confect. de hyacinth. opiata Salomonis theriaca antiqua ex quibus talis parari poterit medicamenti formula.

℞. confect. de hyancinth. drag. ij. cõſeru. rad. ſymph. & roſarũ ana ℥ iij. puluer. elect. diambr. & arom. roſ. añ. ʒ ß. trochiſchi de ſpodio, terræ ſigill. & granorũ chermes puluer. ana ℈ j. cũ ſymp. cydoniorũ fiat opiata vel cum pauco ſacchar. paretur conditum auro coopertum de quo capiat ſæpe ex cochleari, ſuper bibendo parum vini generoſi aut aq. abſynth. ſunt qui exiſtimant guttas aliquot eſſent. vitriol. in aqu. abſynth. vel ſucc. menth. diſſol. validiſſimè vomitum ſiſtere & ventricul. corrobor. alij probant aliquot aq. imperialis coclearia, manè aut poſt vomitum ſtatim exhibita, vt frigidior partis

intemperies corrigatur & reliquæ humores abſumantur, in diuturniore vomitu Arabes præſcribunt potentiſſima aſtringentia,vt

℞. cortic.mal.granat. balauſt, & hypochriſt. ana dra.j. fol.ſicc.menth.& abſynth.ana p.j.ſem. myrth. & ſumach,ana ℨ j.roſ.purpur. cinnam. cariopyll. & maſtich. ana ℥ ß.gallarum virid.& nuc.cupreſſi ana ℨ ij.fiat decoctio in aq.ferr.& vino rubr.in quo diſſolui poſſunt grana aliquot moſchi,quia odorata vt dicebamus maximè faciunt ad vomitus compeſcendos,cuius decocti portionem exhibent per os ad ℥ij.manè & ſero ex alia verò faciunt fotum ſuper ventricul.quem poſtea aſpergunt puluere granorum cherm.thur maſt.& cariophyll.vnde etiam ad hoc eſt efficaciſſimum remedium quod ex cruſta panis optimè torrefacta in ſucco menth.& vino generoſo immergitur.inſpergatur prædicto puluere: aut applicetur emplaſtr.de maſtich.emollitum cum oleo lentiſcino,Phœnigmis denique & dropacibus contra nimis pertinacem vomitum erit agendum, partim vt corrigatur intemperies partis, partim etiam vt natura vi doloris & caloris compulſa motum ſuum ad inferiora reuocet. Ad id commendat maximè Villanouanus fermentum acre quod aceto acerrimo & ſucco menth. maceratam applicetur ventricul.& bis aut ter renouetur, certiſſimè enim ſedat poſt conuenientes purgationes & reuulſiones vomitus iſtos materiæ excrementitiæ.

De

Digitized by Google

De curatione vomitus ſanguinei.

VOMITVM ſanguineum vocat Hippocr. in coac. ἔμετον, ἔρυθρον, quaſi dicat rubrum & purpureum vomitum, quod non ſolum complectitur excretiones humoris iſtius ex ventriculo, ſed etiam ex pectore & pulmonibus, vt etiam videre eſt aphor. 3. ſect. 16. quando ſanguinem ſpumantem vomunt, & libro de fracturis, καυτίασιν βλεβῶν, quidam iſtum affectum interpretantur, Galen. autem de ἐκχύμωσι ſeu de contuſione, quando ſcilicet colliſæ venæ effundūt ſanguinem in vacua partis ſpatia: quidquid ſit propriè ſumptus ſanguinis vomitus eſt illius ex ventriculo, per os excluſio, ſiue in eo ſit collectus ſiue aliunde illapſus vt cerebro, liene, hepate obſtructo vtero, hæmorroidibus, tūc enim ſanguis, velut res aliæ præter naturam, nimia quantitate, vel qualitate mala affectus quam facilè concipit, extra ſuos proprios limites venam ſcilicet & arteriam effuſus ſurſum deorſúmque præter naturam excernitur, porrò ſanguis vndecúmque fluat, ſequitur aliquem venæ aut arteriæ affectum, qui ad ſolutiones continui eſt referendus, ῥῆξιν ſcilicet vel anaſtomoſim, vbi verò eroſio ſeu conſumptio ſubſtantiæ in illis partibus contingit διαβρόσις appellatur: ruptionis autem & apertionis eædem ſunt cauſæ, vt docet Galen. lib. 5. menth. internæ vt vaſorum imbecillitas, ſāguinis multitudo aut vitiata qualitas, quæ ad tenuitatē aut acrimoniā potiſſimū refertur: ad externa verò referūtur omnia vulnerātia cōtundētia, diuellentia, hoc videre eſt in mulierculis quæ

non

non purgantur per vterum & athletis, reliquiſque hominibus plethoricis vel quibus aliquod inſigne corporis membrum detruncatum, iſti enim ruptionibus & apertionibus venarum valdè ſunt obnoxij quando potiſſimum commouentur iracundia, vociferatione, ſaltu, vomitu & ſimilibus violentis: apud Hippocr. etiam frigus dicitur hemorragicum & φλέβωνρυπτικὸν quia conſtringendo vehementer venam vel alteriam ex vna parte, & alia inſigniter diſtendendo ſequitur ruptio, pariter æſtus violentior hoc præſtare poteſt ob ebullitionem quæ tunc ſanguini contingit, vnde etiam iuuenes ad 35. vſque annum hæmorragiæ & ſanguinis ſputationi maximè habentur oportuni, quia tunc maximè ſanguis feruet: diabroſim verò excitant, acria omnia & putrefacientia extra vel intra poſita, intus verò à catharro ſerino & ſalſo humore æruginoſo aut putreſcente, puſtulis vulneribus & ſimilibus malignam qualitatem concipientibus, extra verò cauſticis, ſepticis, i. acribus & exulcerantibus ſumptis & admotis, ſunt qui iſtis διαπήδησιν addūt quaſi dicas tranſcolationem vel ob vaſorum raritatem, vel materiæ contentæ tenuitatem: ſed hæc facile, quod ad cauſas & curationem ſpectat ad anaſtomoſim referri poteſt.

Quæcunque igitur iſtarum cauſarum in fauces œſophagum aut alias quaſcunque partes inciderit ex quibus affundi poteſt ſanguis in ſpatia ventriculi, concitabitur ſanguinolenta vomitio: an verò in ventriculo poſita ſit affecta ſedes, an verò in aliis partibus, diſtinguendum eſt accuratè, ac proinde ſi ex capite delabatur iſta ſanguinolēta materia ſētitur quædam titillatio circa fauces & palatū ipſéque

ſan

ſanguis rubro colore viſitur, cuius pars aliquando per nares emungitur muco permixta, præceſſit aliquis capitis dolor aut grauitas quæ poſt talem hæmorragiam ſedatur, ſin vero ex œſophago & faucibus excernatur, in his partibus ad eſt dolor & fluctuationis ſenſus, potiſſimùm dum aliquid deglutiunt: ex liene autem & iecore copioſior effunditur, ex liene quidem craſſus, globoſus, niger: ex iecore autem rubicundior & quodammodo ſpumans: ſin verò ex vtero & hæmorroidibus refluat iſta ſanguinis quantitas, erit earundem vacuationum ſuppreſſio, aut ſaltem imminutio: quod ſi ex ipſo ventriculo effundatur ſitus partis & doloris ſenſus in eo continuus aut ſaltem grauitatis, adde quod non eſt tanta quantitatis, ac ex aliis partibus propter venarum ipſius exiguitatem. vtrum verò ab aperta rupta vel exeſa vena effundatur ita diſtinguendum erit, vt ſcilicet ab aperta, & rupta vena major copia & impermixtus eiiciatur, qui vero ab exeſa minori quantitate, pituita alióve humore perfuſus, malóque odore præditus eſt quia diutius cunctatur in parte, niſi tandem aucta diabroſi valde, ipſius partis fruſtula erodantur, vnde etiam copioſa hæmorragia ſubſequitur: ita vt ſenſim & cum morſu ſeu aliquo ſenſu doloris exoriatur, reliquæ autem cauſæ confertim & ſine vllo aut pauco dolore fiant.

Quod ad prognoſim attinet pronunciauit Hippocr. aphor. 15. ſect. 4. ſanguinem qualemcumque ſupra emiſſum infauſtum eſſe, & malis ægri rebus apparere, & quotieſcunque vomitioni ſanguinolentæ coniungitur febris aut inflammatio lethalem magis eſſe quã ſine illis, tum quia impedit propriam

priam illius curationem, tum quia ſanguinem fluxioni magis aptum reddit. attamen quoties vomitiones iſtæ violentæ pendent à cerebro, vtero aut hæmorroidibus ſuppreſſis, vt plurimum ſalutariter finiuntur: nam ex aphor. 32. ſect. 5. mulieri ſanguinem vomenti menſibus erumpentibus fit ſolutio, ſin verò ex faucibus œſophago aut ventriculo effundatur, moleſtiam quidem parit, commodius tamen curatur quam ſi ex hepate aut liene prodeat; quidquid ſit affectus iſte nunquam negligendus ſed ſumma cura ſtatim pertractandus, vel enim nimia ſanguinis effuſione, imminet periculum ſubitaneæ mortis, vel etiam ſi intus corrumpatur & putreſcat & in grumos conuertatur parit ſuffocationem & ſyncopem.

Tota igitur therapia huius affectus, in duas partes diſtinguenda, potiſſimùm pro ratione cauſarum vna quidem quæ diabroſeos ſiue exulcerationis venarum aut arteriarum, altera verò quæ rhixeos ruptionis ſeu anoſtomoſeos apertionis curationem tradit. Quod ad eroſionem attinet illa à nobis propoſita fuit cap. de cardialgia ab exulceratione ventriculi: ratione tamen ſymptomatum iuuari poterit illis remediis quæ nunc à nobis proponentur in cura ruptionis & apertionis, atque vt ſummatim indicationes proponam, rupta vena agglutinantibus & emplaſticis aperta aſtringentibus, exeſa ſarcoticis potiſſimum curatur, quibus refrigerantia addenda ſunt, tum ad repellendum impetum ſanguinis, tum etiam corrigendam inflammationem, quoties iſtis affectibus coniuncta eſt, vt iſta igitur accuratius tradantur imprimis conſtituenda victus

ratio

ratio conueniens, eligatur itaque aut arte comparetur aër frigidiuſculus extra ventorum flatus ſolis & lunæ radios, quia iſta humores commouent omniſque color rubeus ab ægrotantis aſpectu remoueatur, propter eandem cauſam ſomnus ſit modicus nocturnus ſcilicet & non diurnus, quamuis enim ſomno iſtæ vacuationes ſiſti videantur, ſi tamen fuerit diuturnior, periculum eſt ne ſanguis verſus interiora vt ventriculum feratur, aut ibi diutius moretur, aluus fluxilis & libera eſſe debet reuulſionis cauſa, & crebro lenietibus clyſteribus ſolicitanda. Imprimis vitandus omnis corporis motus, nimia etiam locutio, riſus & animi affectus, ira præſertim & mœror. Quod ad alimenta attinet, ſi validiores ſint ægri, inedia valdè erit ex vſu, quo minus enim ſanguinis generabitur, eo minor erit fluxio, & partes inanitæ maiorem ad ſe trahent copiam, vitent omnia acria calfacientia & aperientia, vt ſunt ſalſa, piperata frixa & ſimilia item euchyma & quæ multum ſanguinem generant niſi quando collabi vires videantur, ad quorum refectionem illa aliquando ſed parca manu exhibenda erunt, offerantur igitur refrigerantia actu & poteſtate talia aſtringētia & emplaſtica, vt cremor ptiſanæ, amygdal. amylum cum lacte coctum, addendo ſemper aliquid mali punici vel aceti roſ. mica panis aqua frig. macerata, panatellæ, gelatinæ, oriza, ſemola, iuſcula pullorum cum oxal. portul. plantag. & granis vuæ acerbæ parata, oua indurata & aceto intincta, piſces glutinoſi cum omphacio ſine oleo & aromat. parati, pedes & inteſtina, capitáque veruecum, hœdorũ, & vituli ad putrilaginem vſque decocta, in principio autem

men

aqua nucum, cum decocto ſerpyll. menth. pauca mumia & cinam. in aq. gram. vel fœnicul. diſſolut. his vbi grumi ſanguinis diſſoluti fuerint, & ſufficienter excluſi, aſtringendum erit & glutinandum ſumptis & admotis, ad hoc faciunt albumen oui diu agitatum cum aqu. roſ. & pauco aceto, dèinde conſperſum puluere amyli ex cochleari frequenter ſumptũ: puluis coralli vtriuſque tetr. ſigill. boli arm. lapidis hæmatitis conuenienter præparati diſſoluantur in aqua plantag. frequenter exhibeatur, quibus addit Auicennas quando vomendi impetus magnus eſt gran. j. aut ij. opij vel ſem. hioſciami, nihil autem habet Galen. ad compeſcendum ſanguinis fluxum ex quacunque parte præſtantius quam ſuccum plantag. recens extractum & actu frigidum ad onc. iiij. mane & ſero propinatum, empyrici laudant ſuum crocum martis ſeu ſcoriam ferri præparatam cum vino auſtero ſumptum, vel etiam guttas aliquot vitrioli olei cum aqua vel decocto ſymphiti, quod ſi ſuſpicio inultæ cuiuſdam cacochymiæ, non oberit aliquando infuſum myrabolanorum vel rhabarb. vſtulati puluer. ad drag. j. exhibere.

Exterius verò ſupra regionem partis affectæ admoueantur refrigerantia & aſtringentia vt ceratum ſantal. cum aceto, puluis boli armænæ diſſolutum cum ſucco plantag. aut virgæ paſtoris, vel paretur ſequens vnguentum.

℞. ſucci plantag. & centinod. an ℥ j. aceti roſ. ℥ ß. olei omph. ℥ vj. bulliant ad liquoris cõſumptionem deinde adde ſanguinis draconis maſtich. cort. granat. & ſeminis myrthi, an. ʒ ij. caphur. ℈ j. ceræ rubræ q. ſ. fiat linimẽtũ quo inungantur prędictę partes ſub

Digitized by Google

frigidè deinde abſtergantur linteis oxicrato imbutis, huic affectui ex proprietate dicuntur conferre corallum iaſpis, cryſtallus, lapis hæmatetis, mentha geſtata & appenſa ſupra regionem affectam, & hæc de vomitionibus.

De cholera morbo.

CAPVT NONVM.

SVPEREST retentricis & expultricis functionis ventriculi læſio præcedentibus multo maior, quam choleram morbum vulgò appellant, vt hac ratione, diſtinguatur ab humore qui Græcis χολὴ ſeu χολέρα dicitur: eſt autem hoc nomen impoſitum à cauſa peccante, vt docet Gal. 2. meth. nempe bilioſo humore qui huius affectus parens & autor exiſtimatur, Hipp. 5. Epid. τὰ χολέρικα ſæpiùs appellat: in Coac. vomitum furioſum aluo ſoluta, quamuis auté Alexander affectum hunc ab humore bilioſo non vult eſſe dictum, quia non ſemper bilis vomitur, ſed etiam ſæpè ſeroſus & pituitoſus humor verũ ἀπὸ τῶν χολάδων, inteſtinis ſeu interaneis, à quibus humor iſte eructatur, tamen prior etymologia magis videtur probãda, tum quia colera hîc cauſa eſt vt docet Gal. & quamuis bilioſus humor non ſemper reiiciatur, tamen acris corruptus & mordax exiſtit, accedénſque ad naturam bilioſi humoris, tum quod linguę Gręcę ratio vix patietur cholerã ἀπὸ τῶν χολάδων deriuari, id confirmat Celſus diſertiſſimus medicus & Aurelianus qui à fellis fluore choleram habere

bere nomen dixerunt, ex ſententia ipſius Gal.comment.in aph. 30. ſect. 5. quidquid ſit cholera nihil aliud eſt quàm violentiſſima excretio bilioſorum, acriũ,corruptorum humorũ per vomitũ & ſeceſſum ſimul & ſemel. Quãuis autem hæc vacuatio fiat per inferiorem & ſuperiorem ductum,tribuimus tamen potius ventriculo quam inteſtinis, quia vehementior hic eſt vomitus quam deiectio,& quoniam cauſa iſta magis verſatur in ſpatio ventriculi quam inteſtinorum : quandoque hunc affectum tribuimus inteſtinis potius quam ventricul.ob cauſam morbificam quæ illis inhæret : pendet igitur hæc cauſa à quantitate bilioſi humoris,vt per febres, & partium inflammationes,copioſius collecti,vel putreſcentiũ exuſtorúmque quorumuis ſuccorum,an etiam mala ſubſtantia quantitate vel qualitate aſſumptorũ alimentorum medicamẽtorum,& venenorum, eſtque textus Hipp.in Epid.vbi iſta elegantiſſimè deſcribit, cholericæ inquit bilis ſurſum & deorſum eruptiones è nimio eſu carnis potiſſimũ ſuillę crudioris,itẽ cibis inſuetis & ebrietate vini veteris & dulcioris, ex granis pini,locuſtis,nucibus raucidis,atque ex aliorũ vſu,porri & cæparũ, maximè à lactucis coctis, braſſica & ſimilibus crudioribus, à placentis etiam & dulciariis & mellitis fructib.horariis,potiſſimum cucumere & pepone,fiũt autẽ magis æſtate, quia tũc facilius corrũpuntur vel incõfecta manẽt, vnde lib. 5.Epid. Biãti pugili voraciori contingit vt in hunc affectũ incideret,ex immoderato iſtorũ ciborũ vſu poſt violentã exercitationẽ,quod cõfirmat lib.de affectibus & lib.de victus ratione:in coac.vocat carnes porcinas & caprinas χολώδεις, propter earũ acri-

moniam & facilem corruptionem : & tamen apud Hipp. lib. citato de victus ratione in acutis duplex cholera, vna humida, altera verò ſicca, quemadmodum enim inquit Galen. in comment. cholera communis humida ex acribus fit humoribus fluentibus liberaliter, ſic arida à flatuoſo ſpiritu aceti & lancinante tunicas ipſius ventriculi, vnde impetus vomendi & eiiciendi ſine vlla excretione: vult hunc flatum acriorem gigni aliquando ex mala intemperie viſcerum, aliquando ex maligna alimentorum qualitate, & peponum vſum peculiariter huic choleræ generandæ aptiſſimum: verum quia cholera iſta ſicca rara admodum exiſtit, hæc ex tractatu de flatuoſo ventriculi affectu propoſito intelligi poteſt ideo de humida tantum agamus.

Diagnoſis igitur partis affectę ſatis hic erit peruia, tũ ratione ſitus iſtius, tũ ratione excretionis & excernendi modi: an verò per prothopathiã, an verò per ſympathiã ventriculus laboret, ex aliarũ partium, totiúſque corporis cõſtitutione erit repetendũ. Etenim ſi nullæ affectuũ notæ præter naturam in aliis partibus appareãt, oſtendũt hũnc affectũ eſſe primarium: præterea, adeſt vẽtriculi & inteſtinorum perpetuus morſus, cum aſſidua vomitione & deiectione, quibus cõiunctæ ſyncopes horrendę, & lethales, τήτιδες inquit Hipp. 5. epid. cholerica affectione detẽtus bilem multã valdè coloratã per tres vomitionibus deiecit, impotẽs erat perpetuò & anxius, ſudore frigido perfuſus, nihil cõtinere poterat ex potibus aut cibis, deinde vrina valde erat ſuppreſſa, tandẽ fex per vomitũ prodiit: quicũq; itaq; humor hũc affectũ peperit agnoſcetur ex ipſa excretione quę portio eſt materiæ

ipſius

ipſius intus latitātis, ſin verù ex aſsūpto medicamēto veneno aut alimentis vitiata ſubſtantia, quantitate aut qualitate pendet, agnoſcetur ex aſtantium aut ęgri relatu, quamuis enim ęgri in hoc affectu ſe toxicū bibiſſe putent, illud tantùm diſtingui debet ſolers medicus ex accurata contemplatione rerum naturalium, non naturalium & præter naturam.

Quod ad prognoſin attinet, cholera inter peracutos morbos recēſetur, vtpote quæ doloribus acerbitate & excretionis vehemētia ſubitā ſolet inferre mortē, attamē ſi ex aſſumptorū vitio pendeat nō ita debet terreri medicus quia ſæpe illis excluſis ceſſat affectus, & ſenſim ægri reſtituūtur: peſſimū autē & omnino lethale, quādo aut ad fœcū excretionē per os ventris eſt, accedente animi deliquio & extremorum perfrigeratione, mirum tamē eſt apud Hippoc. in coac. choleras quaſdam eſſe criticas & ſalutares, quando ſuperueniūt lypiriis febribus, quæ alio modo ex illius ſententia ſolui nō poſſunt, niſi ingente bilis eruptione ſurſum & deorſum facta, & in Epid. choleras iſtas vult indicari quinto, ſeptimo & nono die: melius tamen eſſe vt caueamus ad 14. vſque diem: ſpes igitur affulget in hoc affectu atroci & celeri quando vomitus incipit ſedari, & faciei color & ſtatus qui demortuo erat ſimillimus, reſtituitur.

Huic igitur affectui cito & accommodatè perſpiciendum, primò quod ad victus rationem, aëris imprimis eſt habenda ratio, ſit ergo temperatus vt neque calore vires diſſoluat, neque frigore compellat intro humores, tenebræ etiam hic ſunt vtiliores quā copia lucis, ne agitentur humores & diſſipentur ſpi-

Digitized by Google

ritus,tum ad conciliandum ſomnum,qui in hoc affectu magnam commoditatem hic afferre ſolet,quies animi & corporis hic eſt maximè neceſſaria. Denique omnia externa ſint rectè diſpoſita vt ſalua ægro concilietur. Quod ad alimenta ſpectat, eorum quantitas pauca eſſe debet & tenuis, ne natura in tanta perturbatione alimentis magis opprimatur, ſed ſubſtantiæ valde alibilis & refectoriæ vt in pauca quantitate multum nutrire poſſint,quod practici noſtri paucum multum vocant alimentum,aliud verò multum paucum: omnia igitur genera alimentorum quæ analeptica dicuntur hic vſurpanda ſunt, ſicut iuſcula conſummata, ſuccus carnium expreſſarum,liquores ſtillatitij,panatellæ, gelatinæ & ſimiles; vbi verò ſedatus fuerit aliquomodo vomendi appetitus,conceduntur carnes delicatiſſimæ, aſſæ potius quàm elixæ,vt melius nutriantur, nec tam facilè reuomantur, qualitate verò etiam exſiccare debent: ideo omnibus prædictis cibis, ſuccus granatorum acid. limon. arant. vuæ acerb. & ipſum acetum permiſceatur. Denique reliqua omnia vſurpentur quæ in vomitu bilioſo à nobis dicta fuerunt.

In remediis etiam præſcribendis eadem ferè ratio eſt habenda,diligenter tamen prouidendum, an excretio illa à ſola pendeat alimentorum culpa,vel cacochymia partium, in primo enim caſu permittendus eſt vomitus naturæ, atque etiam promouendus ſi vires conſtent vt ægri citius defungantur huiuſmodi labore. In 2. verò cautè admodum agendum, tametſi enim quoad rem excretio iſta videatur naturæ conſentanea, quo ad modum vt diſtinguunt practici noſtri, moleſta eſt & violenta ſemper &

præ

Digitized by Google

præter naturam, propterea & morbi & ſymptomatis mitigandi magna hic eſt habenda ratio, incipiente enim affectu permittitur aliquantiſper opus naturæ, dum quæ corrupta ſunt & valde deprauata æger excernat, ad quæ ægri melius ſe habent & leuiter ferunt, cum etiam leuibus vomitoriis interdum iuuetur, non quidem ex aqua ſola tepida aut oleo permixta, quia nimis relaxat, neque hydromelite, quia ventris tormina infert, ſed potius ex decocto coriandri & hordei cum ℥ j. ſyrupi acetoſ. ſimpl. verum quia melius eſt excrementa iſtius per inferiorem aluum exturbari, conſultius erit catharticis quibuſdam materiam deorſum expugnare vt ʒ iij. confect. hieræ picræ cum ſaccharo in formam boli aut infuſo myrabolan. cum rhab. pulueriſ. ſed nihil præſtantius eſt quàm ſi huiuſmodi puluis rhab. in formam pilul. reducatur cum aqua abſynth. & illarum duas aut tres capiat 2. horis ante prandium: practici quidam commendant folia ſennæ puluer. ad ʒ j. cum iuſculo ſumpta, quia abradit & detergit materiam ventriculi & inteſtinis inhærentem, ſed quia flatus & tormina excitat non videtur tam ſalutaris eſſe quam rhabarbarum, poterit tamen in materia melancholica vſurpari, addendo parum anyſi puluerati, purgatione itaque blanda & clyſteribus ſæpe repetitis iuuetur humoris iſtius excretio, nam quod ad venæ ſectionem ſpectat non eſt hic vſurpanda. tum ob ſummam virium decoctionem, tum quia hic affectus ex mera cacochymia ſuſcitari ſolet.

Quod ad alterationem vero, aſtrictionem & corroborationem attinet ſumptis & admotis per-

ficiendam,non hic fruſtrà referemus ea quæ à nobis copiosè in vomitus curatione tradita fuerunt. Hyppoc. 5. Epid. Athenienſem cholera laborantem curauit elleboro & fecit vti ſemicupio, quod ad elleborum ſpectat non eſſe tutum in hiſce corporibus noſtris, in hoc affectu tam violentum catharticum, ſemicupium autem nec non balneum relaxans & ad cutim trahens non eſt omnino improbandum. Infirmis adhuc viribus, & ſedato vomendi excernendique conatu, qui plerunque viginti quatuor horis perficitur: habent hic pro ſecreto Arabes infuſum boraris ad ℈ j. vel ʒ ß. in aqua cordiali factũ quod propinant poſt tertium morbi diem, ad tergendas & quaſi abſumendas ſordes iſtas quæ nimium adhærent & vellicant ventr. tunicas: poſt exhibent ℥ j ß. ſyrup. de papau. in quo diſſoluant amyli torrefacti ʒ j. vel diacodij aut requiei Nicolai drag. ij. nec non clyſteres & decocto cap. papaueris parant, qui puluere amyli inſpiſſantur circa declinationem: frictiones item, ligaturas dolorificas, immerſiones artuum in aquam frigidam, inuolutiones colli cum linteolis oxicrato madentibus, cucurbitulas cum multa flamma in variis corporis partibus diſtantiſſimis, poſtea ſupra ipſum vmbilicum admotas, odorantia, ſomnifera, epithemata cordialia, & ſimilia non omittentur, quæ ad ſymptomatum iſtorum ſedationem faciunt. Atque hæc de affectibus ventriculi ex propoſita nobis methodo ſufficiant.

FINIS TRACTATVS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google